

Quid tenendum in hac quaestione? Certe licet disputabilis sit in vtriusque parte, adhuc tamen mihi magis placet secundam sententiam supradictam, nempe quod minor abfens & ignorant, minime hoc in casu restituatur, cum terminus hic sex mensium sit assignatus ad rigorem iuris conservandum, & ne post multum temporis vel forte plures annos quibus iam maioratus ab aliquo pacifice possidetur, a minore per restitutionem in integrum ab eo, qui se ignorate proponit, in sua possessione inquietetur: alias enim nullo tempore quis pacificus remaneret in possessione bonorum maioratus: Vt igitur hac molestia & inquietudo cesset summa cum ratione terminus sex mensium prefixus fuit a nostra Iud. praed. possessorium in Consilio Regali proponendum, ex quo venisimiliter videtur legislatores sensisse d. l. 45. remedium minime esse concedendum minoribus abfentibus, nec ignorantibus post lapsum dicti terminus edemus praed. inconueniens. Nec obstat lex in retractu loquitur, nostra sententia minuitur, quae in lapsu termini legalis vera esse videtur.

Nec etiam obest quod praed. l. Regia 8. excludens minores & abfentes hoc expressit, nostra vero lex minime, quoniam eadem ratio militat vtroque casu, vt constat ex praefatione illius libri, *A cabo de cinco o diez años de quince años que sea fecha la venta, &c.* vbi loquitur de illis, qui post dictum tempus volebant retrahere allegando minorem aetatem vel absentiam ad idque petebant restitutionem in integrum, quos tamen lex excludit. decidens, quod supradictum est in verbis iam supra relatis. Hac autem ratio movit vel movere potuit & debuit legislatores nostrae l. 9. in praefatione determini sex mensium, vt praedixi. Idem ergo ius in vtroque casu statui debet, vt in l. l. iud. ff. ad l. Agri. cum similib. praemaxime cum mens eorundem legislatorum fuerit, ne retrahatur, nec prolongetur ius super d. remedio possessorio l. 45. Taur. vltra dictum tempus, vt conitat ex ordine summarissimo procedendi a nostra Inuoviter introducto, & praeterea ex rationibus supra adductis in resolutione primae quaestiones super hac eadem l. 9. posita.

Sed & praeterea hac eadem pars vincitur, & supradictae objectioni satisficit, considerado, quod etiam si praed. l. Regia 8. quae de retractu loquitur, minores atque abfentes expresse non excludit post terminum novem dierum adhaec excludendi alio iure fuissent, & restituro eis deneganda, quod habet, vt tempus datum in favorem alicuius ad agendum actum, non in odium ipsius cui datur, currit ignorantibus & impedito, iuxta q. in cap. sacrum, de praevend. m. 6. Tiraq. q. 1. ult. referi, vbi supra de retractu l. iud. g. 35. gl. 4. n. 25. & Dist. Covar. d. cap. 3. de testam. n. 4. dicens, id procedere, quoties datur in merum alicuius favorem (sicut contingit in termino novem dierum concessio ad retrahendum, & sex mensium ad proponendum remedium d. l. 45. Taur. in Consilio Regali) quod & sequitur Greg. Lop. vbi supra.

Non etiam obest, quod ius retrahendi videatur esse contra ius commune, vt in d. l. iudicium, c. de contrahen. emp. quia potius d. l. referi ius commune, vel saltem antiquius in contrarium, cui ipsa derogat, vt constat ex litera eius quae ita se habet: *Dudum proximo consuetudine que concessum erat, ut extraneos ab emptione removerent, sed quia gravis haec videtur iniuria, qua inani bonellus colore velatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuisi, superiori lege cassata vniuersa que suo iurisdictioni, quare vel probare possit emptorem: nisi lex*

specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit. Ecce, quomodo erat languica permittens hunc retractum, & d. l. Anubium, ei derogat nisi eo casu, quo lege specialiter aliqua persona excipiantur: quo fit vt retractus, qui iure Regio introductus est non fit contra ius antiquius sed potius secundum id, licet postea noviori iure sublatus fuerit.

Alia circa intellectum harum legum 9. & 10. de quibus egimus, tangit Doct. Molin. vbi supra d. l. 3. cap. 13. n. 63. & segg. Et iterum in adnotationib. ad sinem operis positis, n. 16. & 17. qui est videndus.

S V M M A R I A.

1. Habente res donatas a Rege Henrico decedente sine liberis vel alijs descendens, relicto tamen fratre legitimo descendente a primo donatario, an bona praed. revertantur ad Regiam Coronam, vel frater ultimus possessoris ea habere debeat? & nu. segg. quod ad Regiam Coronam revertantur probatur.
2. Semel exclusus, perpetuo manet exclusus non tamen procedit hac communis regula in donationibus primogenijs.
3. Rex Henricus modificare potuit donationes iam perfectas a se factas pro tempore tamen futuro.
4. Appellacione filiorum in materia maioratus Hispaniarum continentur nepotes & alij omnes descendentes in infinitum.
5. Desiciente filio masculo legitimo succedit in bonis donatis a Rege Henrico, filia foemina legitima.

L. i. quae est final. tit. 7. lib. 5. Novae Collect. Regiz.

Q U A E S T I O X C I I.

Q V A E R O circa l. i. quae est l. fin. tit. 7. lib. 5. Novae Collect. Regiz. clausulam Regis Henrici continentem, si habens res donatas a Rege Henrico, qui est ultimus possessor, filius, nepos vel pronepos donatarius, decedat non relicto filio legitimo, relinquens tamen fratrem legitimum descendente a primo donatario, nunquid bona praed. (la veniens ad eundem fratrem, an ad Regiam Coronam revertentur? Quam quaestione latissime ad vtriusque partem disserit Palat. Rub. in repetitione Rubrica de donat. inter vivos, §. 69. n. 30. & segg. Et tandem existimat eam esse summe dubiam atque difficilem, & relinquere cogitandum. Pro fratre facit, quoniam ex quo primus donatarius filium legitimum tempore suae mortis reliquit videtur defecisse conditio reversionis ad Regiam Coronam per text. vbi plura cumulat Iason. in l. pater Severinam, §. ita fideicommissi ff. de condit. & demonstr. quod latissime probat Palat. Rub. vbi supra. Ergo cum praedicta clausula disponat in hunc modum: *Pero toda via que las ayas por mayorazgo, y si quando al hijo legitimo mayor de cada uno dellas: y si muriere sin hijo legitimo que se tornen sus bienes del que asis muriere a la Corona de los nuestras Reynos,* aperte praesupponitur, quod si primus donatarius cu filio legitimo decellerit, pro vt contingit in nostro casu, reversio loci non habeat: igitur cessante reversione, bona tanquam maioratus pervenient ad fratrem praedefuncti sine liberis legitimis, quia est proximior, idemq. a primo donatario decedens iuxta regulas communes maioratum, & ex ipsorum perpetuitate & natura ita tenet Matie in praesent. gl. 8. n. 9. licet dicat hoc, modo se non examine. Nec fcoira hac sententiam obstat, quod semel exclusus, perpetuo remanet exclusus, vt in c. 1. §. qui etiam, Episc. vel Abb. in vob. scid. vbi d. n. r. And. de Iern. Bal. Alber. Prap. & communiter scribentes. Et tenet alij plurimi auctores loquutes in hoc semel exclusi, seu in linea semel exclusi quos

quos congerit Palacius Rub. vbi supra n. 36. & D. Molin. de Hys an primogen. lib. 1. cap. 6. n. 22. Ergo cum frater secundo genitus fuerit exclusus per primogenitum, per consequens bona praedicta redeunt ad Regiam Coronam: hoc inquam non obstat huic primae opinioni, quoniam praedicta communis assertio atq. regula in Hispaniarum primogenijs, propter eorum naturam & perpetuitatem non procedit, vt recte plures allegans intellexit D. Molin. vbi supra. Sed & alia fundamenta pro eadem prima sententia adduci possent.

Nihilominus tamen contrarium in hac difficili quaestione verius mihi videtur, & tenendum in favorem Regiae Coronae, imo quod vltimo possessore praedictorum bonorum decedente sine liberis legitimis, ea ad Regiam Coronam revertetur vigore nostrae clausulae & nostrae l. in illis verbis: *T. si muriere sin hijos legitimos que se tornen los sus lugares del que asis muriere a la Corona de nuestras Reynos.* Ecce quomodo Rex Henricus Secundus noluit bona haec simpliciter, & absolute esse maioratus sed ea lege & conditione, vt vltimo possessore abq. liberis decedente, ea bona ad Regiam Coronam revertantur: Ergo is, qui vltimo loco decedit, debet mori sine filijs, seu alijs descendens legitimis vt bona praedicta ad Regiam Coronam minime revertantur, ideoque etiam si alijs praecedentibus possessoribus filij remanerent, non verificatur conditio: cum hi respectu vltimi possessoris jam non descendentes, sed transverales sint. Et quod praedicta conditio, & modificatio ad ius potuerit a praedicto Rege Henrico donationibus a se factis, quamvis perfectis, pro tempore tamen futuro tenet Palat. Rub. vbi supra, n. 15. id probans ex praecedentibus a se dictis, n. 14. & 15. cuius in hoc sententiam ex facto consultus probavit Rod. Suar. in allegatione quam fecit in causa maioratus, n. 22. vbi dicit, ita iudicatum fuisse, eamque sequitur & magis communem dixit Ioan. Oroz. in l. n. p. n. 4. ff. de senat. & late idem probat Matien. in hac l. i. gl. 9. n. 3. & 4. dicens hanc opinionem esse vetiorem & receptiorem quamvis regulariter ipe ipe donatio. C. de donat. quae sub modo, habet etiam locum in Rege, vt ipse non possit modificare, nec alterare donatione perfectam per eum in favore alicuius factam, cui ante modificationem fuit plenus ius acquisitum, vt cum alijs probat Doct. Burg. de Paz. con. 25. n. 46. & 59. Potest tamen hoc intelligi pro tempore praesenti, secus pro futuro. Cu igitur valeat & teneat praed. conditio & modificatio, quinimo pro lege ubi ubi servari praefata clausula Regis Henrici, cu praedicta sua modificatione vt patet in hac nostra l. 3. consequens est, vt cu ipsa expresse loquatur in vltimo possessore praedictorum bonorum Rege Henrico donatorum decedente sine liberis legitimis, vt hoc casu praedicta bona revertantur ad Regiam Coronam vt hanc reversionem hoc casu frater defuncti, quamvis idem descendens sit a primo donatore, minime impedit. Non obstat fundamentum contrariae partis, de qua supra, nempe quod ex quo primus donatarius decellit cum filio legitimo, defecit conditio reversionis ad Regiam Coronam: hoc namque in proposito nostro & sic in materia maioratus verum non est, quoad quidem, quamvis & alias regulariter appellacione filiorum ex propria significatione nepotes, seu alij descendentes minime comprehendantur: attamen in materia maioratum Hispaniarum, non solum nepotes, verum etiam omnes alij descendentes in infinitum continentur, vt vtriusque late probat iure Doct. Molin. vbi supra, n. 27. & 28. Quo fit, vt quamvis praed. clausula Regis Henrici loquatur de filijs primorum donatariorum, ut ipsi & praedicti eorum filij praedicta bona habeant iure maioratus, vt intelligatur etiam in nepotibus, & prone-

potibus & deinceps alijs legitimis descendens totum maioribus in infinitum, ex maioratus natura & perpetuitate: & quia mens Regis Henrici haec videtur fuisse a principio, quando fecit donationes praedictas dum dixit, quod donabat eis pro se, suisque heredibus & successoribus. Et praeterea quoniam adiecit conditionem & modificationem supradictam, ibi: *Pero toda via que las ayas por mayorazgo, y que si quando al hijo legitimo de cada uno dellas.* Voluit ergo, quod ista donatio deferatur iure primogeniturae in primogenitos in infinitum, alias enim frustra dicebat, *Que las ayas por mayorazgo.* Si concessio in primo filio exspiraret: esset enim temporalis, cum concessio & privilegium Principis sui natura debeat esse perpetua, vt in l. beneficium ff. de consus. Princes. & in regula, decet, de regula iuris, lib. 6. Et ita hanc sententiam & intellectionem ad praedictam clausulam, & nostrae l. verba, pro veritate probat & tenet Palat. Rub. vbi supra, n. 21. & 22. qui idem cepit a nu. 19. sequitur tanquam sine dubio Doct. Molin. lib. 1. cap. 5. n. 21. & 22. & iterum cap. 6. n. 21. & late Matien. in hac l. i. gl. 8. n. 3. & 5. Cum ergo omnes descendentes legitimi maiores praed. donatariorum per viam maioratus haec bona a Rege Henrico habere debeant, vt ex supradictis patet, bene consequitur, quod licet primo donatarius decellerit cum filijs legitimis, minime defecerit conditio reversionis: cum alius vltior descendens possit decedere abique eis: quo casu verificabitur nostra quaestio & habebit locum haec nostra principalis sententia, vt frater vltimus possessoris, quamvis decedens legitimus sit primi donatarii, minime succedat in praedictis bonis a Rege Henrico donatis, neque impediatur reversionem praedicta ad Regiam Coronam, quinimo ea habebit locum & praedicta bona in Regno vnde exierint, incorporabuntur ex verbis expresse praedictae clausulae ac nostrae legis, quae hoc voluit, & huiusmodi disponit, aliumque intellectum, tanquam literae & mentis testatoris contrarium minime admittunt, quare iure optimo in Regali Cancellaria secudum hanc opinionem iudicatum fuit, vt refert Palat. Rub. vbi supra, n. 36. & iterum in causa fiscalis Regij & Concilij ac vicinorum Vallis de Leviz, contra Comitum de Onnate, Enecci de Guevara, morte cuiusdam trinepotes Bertrandi Ianez de Guevara fratris legitimi D. Comitibus, eiusq. vltimi possessoris d. Vallis a praedicti Rege Henrico donatae D. Enecci de Guevaranum quia dictus trinepotes donatarii decellit abique liberis legitimis, in Regali Valhioletano Conventu, declaratum fuit in prima sententia eam Vallem ad Regiam Coronam revertam esse virtute d. clausulae, non vero in ea successisse praed. eius fratrem Eneccum de Guevara, Comitum de Onnate, Et quamvis in secunda revisionis sententia in favore d. Comitibus, & contra Regiam Coronam pronuntiata fuerit, postea tamen supplicatione ab ea secunda sententia ad ipsam Regiam personam facta, negotioque commisso Regio supremum Consilio, post longas contentiones in favorem Regiae Coronae fuit iterum pronuntiata, vt refert Doct. Molin. d. lib. 1. cap. 6. n. 21. qui praed. Comitibus adversus Regiam Coronam fuit patronus, & contrarium defendebat. Sed an deficiente filio masculo legitimo succedat in praedictis bonis sic a Rege Henrico donatis filia foemina legitima, an vero ipsa excluda, reversioni praedictae locus sit, videndum est pro & contra Palat. Rub. vbi supra, n. 24. & segg. in favore filiae legitima: hoc casu tenens & late probans quod etiam loquitur & probat Matien. in praesent. l. 2. gl. 8. n. 7. & 8. vbi idem tenere refert Burg. de Paz in proemio legum Taur. n. 67. & Covar. idem sententiam lib. 3. var. resol. c. 5. nu. etiam, & tenet idem Burg. de Paz. con. 19. n. 5.

S V M M A R I A.

- 1. *Leſtus quodiſſimus ſeruus, vel alias pretioſus, an conueniat coniugii ſuperſtitio, & nu. ſeqq. quod non, ſed alias concedens ſtatui viduali.*
- 2. *Li. ſeri non ſunt proprie leges, ſed prout ſcripta conſuetudines, ac prout per eas non eſt iudicandū niſi quatenus uſu & conſuetudine fuerint receptæ.*
- 3. *Alleganti pro ſe leg. ſeri, incumbit onus probandi, eas eſſe uſitatas, non uero neganti.*
- 4. *Vſus legum ſeri probatur, etiam ſi teſtes non deponant de diuinitate temporis, nec de actibus, ſicut requiritur in conſuetudine.*
- 5. *L. 6 tit. 6 lib. 3. ſer. de leſto quotidiano an pertineat ad coniugem ſuperſtitem agens, uſu recepta eſt.*
- 9. *Legatum à marito uxori factum de leſto, intelligitur de eo leſto, qui ſtatui vidualis conueniens ſit, non uero de feſſivo vel pretioſo.*
- 7. *Pater ſi mandauit filijs ſuis, ut tractarent matrem eorum honorifice eo modo & forma, prout ipſe pater faciebat, quomodo intelligendum hoc ſit.*

L. 6. tit. 6. lib. 3. Fori.

QVÆSTIO XCIII.

Quero circa l. 9 tit. 6 lib. 3. Fori, que ita ſe habet: *Si el marido la muger marriere, el lecho que auian cotidiano, ſinque al uino. E ſi ſe caſare, tornelo a particion con los herederos del marido. An ipſa procedat, etiam ſi leſtus quodiſſimus ſeruus, vel alias pretioſus, qui minime conuenire uideatur ſtatui vidui vel uiduæ.*

Et hanc quaſtionem ideo premiſi, iuxta intellectum d. l. Fori, quia eſt in ritu de las herencias, cuius materiam continet titulus octauus lib. 3. *Nova Collecti. Reg.* qui nunc per ordinem ſinito tit. 7. declarandus uenit, & cum illa l. Fori in praxi atque uſu forenſi frequentiſſime contingere ſolet, decreui ab ea exordiri materiam hanc de las herencias. Et primo ſciendum eſt, quod idem quod in d. l. Fori, conſuevit prope obſeruari Arbernia, ſecundum Maſſuerum in ſua praxi, tit. de dote, & man. n. 6. uerſum de conſuetudine.

Secundo premitto, ꝑ quod etſi leges Fori non ſunt propriae l. ſed potius quedam ſcriptæ conſuetudines, quæ non habent uim legum, ac prout per eas non eſt iudicandum niſi quatenus per uſum receptæ fuerint, ut in l. 1. *T. ubi. Mandamos que ſe guarden las leyes de los ſueros, & c.* iunctis uerbis ſtatim ſequentibus, ibi: *En lo que ſon, o fueren, o aduere, guardadas en los dichos lugares, & c.* Quam l. *T. aur.* in hoc eſt ſeruaſanda præcipit nunc noua pragmatica ac Regia ſanctio inuictiſſimi noſtri nō minus quam Chriſtianiſſimi Philippi, totius Hiſpaniæ Regis, poſita in principio Nou. *Collecti. Reg.* circa ſua. *Pragmat. & pars ſecunda inferitur in l. 3. tit. 1. lib. 2. eiuſdem Nou. *Collecti. Reg.**

Quo ſic ꝑ alleganti leges Fori incumbat onus probandi eſſe uſitatas, non uero neganti eam uſum, ut optime deduxit *Roder. Suar.* in proemio legum ſeri, quæ uerſo & ſequitur *Greg. Lopez.* in l. 42. §. gl. *O. v. c. 1. tit. 13. part. 3. idem in l. 2. tit. 13. part. 7. gl. *Fruto.* & utrobique teſtitur ſe minime ſolere allegare l. Fori niſi quando concordant cum legibus Partiarum uel Ordinamentorum, uel ſint conſuetudine uel uſu notorio approbatae, ne det occasione, ut quis leſtor illis pro legibus uenturatur, cum uere leges non ſint, ſed ſcriptæ conſuetudines. Hic autem ꝑ uſus legum Fori probatur, etiam ſi teſtes non dicant nec concludant de diurnitate temporis, nec de actibus, ſicut requiritur in conſuetudine, ut tradit quoque *Roder. Suar.* ubi ſupra, ubi reſert duos caſus, in quibus non eſt neceſſe probare dictum uſum: & ita eſt tenendum, quidquid contrarium uelit*

Io. Baptiſt. Villalobos in ſuo *Exordio communium opin. litera A. n. 2. 51.*

Attamen ꝑ quod attinet ad noſtram præſentem l. 6 tit. 6 lib. 3. Fori ſupra reſertam, eam uidi uſu quotidiano receptam, atque approbatam in pluribus huius Regni partibus, & exiſtimo ipſius eſſe generalem in toto Regno atque notorium uſum, & eam eſſe in uſu teſtatur noſſime *Doct. Aluar. de conſell. mor. deſuſu. lib. 4. c. 2. n. 3. fol. 163.* & in Regali *Cancellaria Pinciana*, iuxta eam fuiſſe pronuntiatum teſtatur *Doct. Ant. Quesada* in loco ſuſcripto citando.

Reuerſus igitur ad noſtram quaſtionem primo propoſitam, eam inuenio tactam in terminis legati facti à marito uxori de leſto, an extendatur ad leſtum ſericum, uel habentem culcitram de ſerico: Quæ quaſtio bene conuenit & cōuicina eſt ad caſum noſtræ l. Et primo uidetur dicendam in prædicto legato, & in caſu noſtræ legis uenire leſtum ſericum, uel habentem culcitram de ſerico, uel alias pretioſum & omnia ornamenta feſtiua, primo, per text. in l. *uſus, in princ. & in l. argentum, uerſ. uleuſa etiam, ff. de auro & argenti, leg. ubi legatiſtamentis uel uelſte, continetur ſerica & culcitra: Ergo ita uidetur dicendum in propoſito ſecundo per text. in l. *ſi, v. xxi. ff. eod. ubi* legato uxori argento balneari, uidetur legatum omne argentum balneari, etiam id quo diebus feſtiuis in balneo cōſuevit uti. Tertio per text. in l. *librorum, §. ſi, ff. de legat. 3. ubi* gl. *u. b. ſulera*, ubi inquit text. *Sunt iacten quadam, que omnimodo legatum ſequuntur, ut leſtum legatum continet & ſulera.* & exponit gl. *ſulera* eſt ornamenta leſti. Ergo ueniunt etiam pretioſa, cum illa ſint etiam ornamenta Quæ per text. in l. *ſtrati, ubi* per *ſer. ſig. iuncta gl. 1. & gl. u. b. omne pallium, ubi* probatur, quod appellatione ſtratus omne ueſtimentum continetur, quod ſternitur ad cubidum, ut ſupra id quis jaceat ut culcitra, tapeta & ſimilia: Item quod ſtragula ueſtis eſt omne pallium, id eſt omnis generis, uel de lana, uel de ſerico uel de lino uel de ſimili materia: ergo ita uidetur dicendum in propoſito, ut in legato leſti facti à marito uxori & etiã in caſu noſtræ l. cōtineatur leſtus ſericus & culcitra ſerica uel alias pretioſus. Quinto accedit generalitas huius l. que generaliter & indiſtincte loquitur: ergo generaliter & indiſtincte eſt intelligenda in quo cunque leſto pretioſo, uel non pretioſo. Et ita inuenio quod in terminis dicti legati per ſupradicta jura tenet Bar. in d. l. *librorum, §. ſi, ff. de leg. 3. & in d. l. ſi, v. xxi. ff. de auro & argenti, leg. ubi* & in propoſito noſtræ legis idem tenet *Doct. Didac. Perez* in l. 7. *tit. 1. lib. 1. orationum, in gl. u. ſer. par. luto, col. 18.* dicens, quod cum d. l. generaliter loquatur, dicendum eſt habere locum in leſto pretioſo, ſive non.*

Sed ꝑ his omnib. nō obſtatibus, cōtra riu eſt tenendum in propoſito, imo quod ſi maritus legat uxori uideat leſtum, uel in caſu noſtræ l. uenit tãtum lectus conueniens ſtatui uiduali, nō uero feſtiuus nec pretioſus, qui eide ſtatui minime congruit. Primo argum. text. in l. *ſed ſi quid 18. §. ſufficenter, ff. de uſu fructu general.* ubi probatur quod legatarius uſufructus incipiendi debet ſufficenter eſſe alere & ueſtire ſecundu ordinē & dignitatem mancipiorum: ſecundu per text. in l. *plenius, §. equi u. ff. de uſu & habit.* ubi probatur, quod uerba teſtatoris debent intelligi ſecundu conditionē perſonæ, cui aliquid datur ſeu ad quem diſpoſitio cōſertur ſeu dirigitur: Ergo cum lectus legetur uideat uel uideat, ſecundu ipſius diſpoſitionē & ſtatui debet dari, hoc eſt, conueniens ſtatui uiduali nō uero qui eſt minime congruit, prout eſt lectus ſericus, uel alias pretioſus. Tertio quia uidetur eſſe tacita mēs teſtatoris legatis, uel coniugis decedētis, ut ille lectus præſtetur uxori, uel cōiugi ſuperſtiti, qui eius ſtatui cōgruat uidelicet, uiduali,

S V M M A R I A.

- 1. *Leſtus quodiſſimus non deſertur coniugi ſuperſtiti, quando deſunctus tot debitis oneratus deſeſit, ut bona, que reliquit præter leſtum, non ſufficiant pro ſolutione debitorum.*
- 2. *Materia poſita ſub aliquo rubro ex hoc iudicatur eſſe illius materiam, cuius eſt rubrum.*
- 3. *Bona non dicuntur niſi que ſuperſtis deducit ære alieno.*
- 4. *Motus Proprius S. D. N. Pii V. de ornamentis clericorum deſunctorum loquens, intelligitur deducit ære alieno.*

Eadem l. Fori.

QVÆSTIO XCIV.

Quero ſecundu circa eandem l. 6. tit. 9. lib. 3. Fori, quid ſi conuſ. prædeſuncti tot debitis oneratus deſeſerit, ut bona que reliquit præter leſtum non ſufficiant pro ſolutione debitorum: an tunc conuſ. ſuperſtis habere debeat leſtum iuxta hanc legem. Et primo uidetur dicendum cum habitum, præmaxime ſi debita contracta fuerint durante matrimonio, quia hoc eſt debitum legale & ſic ſemper neceſſarium: illa autem debita creditorum à principio fuerunt uoluntaria, licet ex poſt facto neceſſaria, quia liberum fuit ab initio contrahere uel non contrahere, ut in l. *ſicut, C. de alio, & obligat. & qui cum alio contrahit, uel eſt, uel debet eſſe non ignarus eius conditionis, ut in l. qui cum alio, c. 2. in ordines, ff. de reg. iur. unde creditores, qui tenentur ſeruire leges (maxime huius Regni) ut in *Leges ſacraſſimas, C. de iur. & facti ignorant. cum ſim. ſibi* impudent quōdquidem eis nō ſit iniuria cum ſint ſciētes uel ſcite debites. Secūdo quia l. hæc generalis eſt in ſui deſinitione & indiſtincte loquitur nec excipit hunc caſum: ergo generaliter & indiſtincte intelligenda eſt, ut in l. de pretio, cum ſimilib. ff. de Publ. in rem ad. Sed his non obſtantibus contrarium eſt uerius & tenendum meo iudicio, imo, quod ſi deſunctus in caſu huius l. non reliquit alia bona ſufficiētia ad ſatiſfactionem debitorum, leſtus quodiſſimus non cedat loco cōiugis ſuperſtiti, ſed de valore ipſius ſit ſatiſfaciendum creditoribus & hoc ſequenti & uergetiſſimo fundamento, quoniam lex hæc leſtum quodiſſimum deſerere uidetur cōiugi ſuperſtiti per modum hereditatis & ſucceſſionis, ut recte intæcti patebit ex litera ipſius, que eſt huiusmodi. *Si el marido o la muger marriere, el lecho q. auia cotidiano ſinque al uino.* Ecce igitur aperta mentem legis, quod morte uſus ex coniugibus leſtus quodiſſimus remaneat uiuonō dicit quod moris teneatur præſtare ſuperſtiti leſtum quodiſſimum quaſi debitum neceſſarium, ortum dicens à contractu matrimonii ſed tantum à morte primi decedentis, & ſic ſapit naturam hereditatis ſue ſucceſſionis: quod aperti cōſtat, quia l. illa ſituatur ſub rit. de las herencias, & ſic debet intelligi iuxta ſuam rubricam: Na ex quoſi aliqua materia ponitur ſub aliquo rubro, ex hoc iudicatur eſſe illius nature cuius eſt rubrum, ut uoluit gl. *lor. d. in c. 1. ubi* *Dom. de off. de legat. tit. 6. §. gl. or. d. in c. 1. ubi* *quæ, de reſcrip. eod. tit. 6. §. gl. in Clem. v. c. de off. de leg. quæ gl. oſus multum. commendat Abbas in proemio *Decret. & in cap. ſuſpicionis, de off. deleg. *Euerr. alios* allegans in ſua ſententia legal. loco 45. a rubro ad nigrum, in uerſ. tertio pot. eſt hocq. uerius exiſtimo, quā quod ex præſumpta donatione uſuque coniugis hic leſtus debetur ut ſenſit *Ioann. Garſ.* in loco ubi ſupra, in ſua quaſtio. præcedentis, cuius in hoc ſententia, nec ullo iure fundatur nec ab eo probatur. Unde ſuccedet regula iuris, que habet: ut bona non dicantur, niſi que ſuperſtis deducit ære alieno ut in l. *ſubſtitutum, §. bona, ff. de uerſ. ſignification. & in l. ea demum, C. de collat. l. uerſe,****

7 uiduali, Quarto ꝑ hac parte allego optimam determinationem *Bald.* in l. 1. numer. 11. C. de legat. ubi tenet, quod ſi pater mandauit filio ſuis, ut tractarent matrē eorum honorifice, eo modo & forma, prout ipſe pater faciebat, & ipſa uidea uelit ire ita poſita, ſicut in uita mariti, & cum pannis ſpecificis dicens, quod ſuus maritus ita mittebat eam, debeatur tantum congruentia & uidualia, arg. l. *quidam cum filium, ff. de uerſ. obi.* non uero nimia & eximia, quia uerba debent intelligi ſecundu ſtatum & conditionem perſonæ & maxime circa ueſtimenta: tandem n. 12. *Bald.* ipſe proprius accedens ad terminos noſtræ quaſtionis, idem dicit de leſtis, quia ſi uxor uelit leſtum de ſerico, non conuenit uidea ſecundu *lacob. de Aret. & Dyn. quos reſert:* Eandem ſententiam in noſtris terminis firmat idem *Bald.* per text. in d. *§. equiti, ubi* *Angel.* hanc eadem opinionem contra Bar. & Circa intellectum noſtræ legis Regia tenet etiam *Monta. in preſen. gl. 1.* dicens, ſe credere ueram per hanc legem. Ego uero etſi credā ueram, non tamen per literam huius leg. Nam ipſa, ut dixi in ſua generalitate potius conſtatia eſt, niſi intelligatur & ſuppleatur ſecundu diſpoſitionem iuris probatam in d. *§. equiti, de qua* ſupra: Eandem partem ſic intelligens noſtram legem amplectens eſt, quāuis ſub dubio, uerbo, *Fort. uenens, Palat. Rub. in repe. rub. de donat. inter uir. & uxor. §. 2. ubi* ubi allegat idem tenentem *Fulg. conſ. 127. in princ. & Palat. Rub. reſert & ſequitur Ioan. à Roias Inquiſitor Valentin.* in ſua *Epitoma ſucceſſ. 43. n. 48. fol. 126.* ſed in dubio idem tenet *Bonifac.* in ſua *percepit. legum Regni, uerſ. uxor.* ubi reſert ad litteram *Bald.* uerba in d. *1. n. 11. §. 12. C. de legat.* ſequitur etiam *Bonif. reſerens D. Ant. de Quesada.* lib. 1. *q. 25. col. penul. & ſi. fol. 100.* ubi inquit, pronuntiatum fuiſſe iuxta hanc opinionem ſcilicet, ut præſtaretur leſtus ſtatui uiduali conueniens, in Auditorio *Valliſolet.* in cauſa uxoris cuiusdam equitis *Salman. tin.* ann. 1552. illum prætendens pretioſum non cauſa onatus ſed commoditatis uxoris, probata ſententia *Ang.* in d. *§. equiti,* cuius fuiſſe memor *Crotus conſil. 125. n. 4.* ſequitur etiam *Doct. Eſpin.* in ſua *ſpec. reſſa. gl. 2. n. 64.* qua opinionem retenta non obſtat fundamenta prioris partis. Primo, non obſtat *d. l. 1. ubi*, in *princ. & d. l. 1. argenti, uerſ. culcitra,* quia ipſe non loquitur in legato ueſtimentorum facti uideat, ſed in eo quod ſit alteri generaliter, unde non uerget in noſtro caſu in quo agimus de legato leſti facti uideat & ſic certe perſonæ cui non conuenit ſericus.

Non obſtat tertium d. *ſi, v. xxi. ff. de auro & arg. l.* quia ibi legatum fuit generale argenti balnearii & ſic ſub illo legato generali humanius eſt omne argentum balneari legatum uideri, ut exiſtimat ibi gl. *u. b. omne legatum.* In propoſito autem lectus ſimpliciter fuit legatus uel à lege delatus coniugi ſuperſtiti minime demonſtrato, an ſit pretioſus uel non pretioſus, unde intelligendum eſt ſenſu ſecundu diſpoſitionem iuris d. *§. equiti,* ſcilicet, iuxta ſtatum & conditionem perſonæ cui relinquitur uel deſertur, ut detur conueniens ſtatui uiduali Tertio non obſtat d. l. *librorum, §. ſi, ff. de legat. 3. & d. l. 1. in ſtraum, ff. de uerſ. ſignif.* Quia reſpondetur his leg. eodem modo, quo reſponſum fuit d. l. *uſus, & d. l. 1. argenti, uerſ. culcitra.* Ultimo nō obſtat quod lex noſtra For. generaliter loquatur, quia debet intelligi, diſtingui & declarari per uſum cōmune ſupradictum & iuxta tacitam mentem deſuncti, quāuis *Palat. Rub. ubi ſupra,* quem reſert & ſequitur *Ioann. Garſ. Gallæcus, de exper. & inſeruat. c. 8. n. 41.* exiſtimet in quaſtione præſata relinquendum eſſe hoc arbitrio iudicis: & cum his remanet expedita hæc prima quaſtio ſuper d. l. Fori.

et ibi And. Al. ff. de verb. sign. et in l. fundi Trebatiani, ff. de usufructu leg. si fructus ff. solut. matrim. cum aliis similit. tradita a Baeca de non meliorand. ratione dotis sitibus, cap. 28. num. 1. 2. et 3. cum igitur prius sint soluenda debita & pro ipsi soluenda cetera bona non sufficiant, consequens est vt lectus quoque quotidianus debeat pro solutione ipsorum creditoribus tradi, etiam si cetera superflua ab eo remaneat, cum non superflua bona praedicta, ad hoc vt viuens fruatur lucro huius legis. Secundo & praecipue haec pars fundatur argumento optimi tex. in Authen. pra. eren. C. unde vir & vxor. vbi probatur, quod si matrimonium sit contractum sine dote, coniux autem praemortuus locuples sit, superflua vero labore inopia, succedit vna cum liberis communibus alteriusue matrimonii in quartam, si res sunt vel pauciores: quod si plures sint, in virile portionem. Ecce igitur in simili lucro, & successione legali delata vxori superflua in bonis viri sui praedicta, intelligitur expresse a lege, quod vir debet esse locuples ad hoc vt illa locum habeat & quamuis hoc text. ille minime exprimeret adhuc intelligendum est, solui debere prius debita defuncti, quandoquidem & text. ille loquitur sibi scribentes aperte praesupponunt in successione bonorum defuncti, l. septim. l. 1. par. 1. c. 1. idem probat. Nam heredes tenentur solvere debita defuncti pro rata, vt in l. 21. Taur. quast. l. 5. tit. 9. lib. 5. Noua Collectio Regia. Sicque manifestissimum est, esse veram hanc nostram sententiam in proposito huius l. fori. Fundamentis autem contrariae partis iam ex supra. remanet satisfactum, nempe quod hoc non sit debitum praesum in vita contractu, sed quaedam successio. Quo fit, vt non remanentibus bonis pro solutione debitorum sufficientibus. nulla deat successio, quia prius deduci debet eas alienum, vt supra probatum est & ita tenet, licet hoc Ayor. de part. 1. par. 1. n. 41. contrarium vult, quod hypothesis creditorum in bonis mariti erat generalis ea ratione, quod in generali hypotheca non veniunt ea quae verisimiliter quis non esset obligatus specialiter, vt in l. obligatione generali, ff. de pig. l. 5. tit. 13. par. 5. Hoc namq. locum non habet, vbi cetera bona non sufficiunt pro exsolutione debitorum, iuxta ea quae diximus in l. ad. de iuramen. Confor. l. p. 16. num. 13. et l. 7. num. 8. Et praeterea contra Ayor. facit, quod praediximus n. 1. vbi. sed his non obstantibus, & c. In reliquis vero quae praefatur Ayor. vbi supra. in sua distinctione, recte procedit in proposito, quia sunt facta nota & clara.

4 Ex quibus omnibus infero nouiter ad intellectum moti proprii domini nostri Pij Papae Quinti promulgati ann. 1567. quo cauetur, vt omnia & singula ornamenta, paramenta & vasa nec no missalia ac gradualia ac cetera firmi & multiplicia, aliiq. libri & aliae res sacrae, etiam auri & argenti ac bona quaecumq. alia per quoscumq. Praelatos & commendatarios & alios quoscumq. Beneficiarios, ad vltim. & cultu Diuinum destinata tempore obitus ex testamento vel ab intestato relicta sint, sub quibuslibet facultatibus testandi pertineat & spectent ad singulas ecclesias & monasteria & beneficia huiusmodi, vt latius continetur in praedi. motu proprio vt intelligatur deducto prius ere alieno defuncti Praelati aut beneficiarii huiusmodi; ita quod si haec omnia sint necessaria pro exsolutione debitorum, cesset praed. noua dispositio, cum bona dicantur deducto ere alieno. Et ita est factio consultius respondi.

SVM MARIA.

- 1 Coniux superflua an amittit lectum quotidianum, si transferat ad secundas nuptias & numerus sequentibus distinguatur.
- 2 Mulier transiens ad secundas nuptias, tenetur referre.

- re filius prioris matrimonij omnia bona, quae habuit a primo marito suo, lucratus, nec ea poterit alienare.
- 3 Vir transiens ad secundas nuptias, ad idem tenetur.
- 4 Maritus si relinquat aliquid vxori in testamento vel contra, tenetur illud referre filijs prioris matrimonij, si ad secundas conuolauerit nuptias.
- 5 Pena imposita secundo nubenti, quamuis iure canonico sint sublata, pena tamen, quae respiciunt fauorem filiorum, & imponentur si nubant intra annum luctus, non sunt correctae.
- 6 Vestes viduales sunt praestanda vxori viduae in casibus, in quibus eidem alimenta debentur.
- 7 Quod procedit, etiam si ipsa mulier fecerit sine expensis praedictas vestes lugubres. Nam debent sibi satisfieri ab heredibus viri.
- 8 Vidua non incumbit onus probandi consuetudinem deducendi has vestes ex hereditate viri, sed illa ex qua vidua huc vel illud vestibus solent lugere maritus.
- 9 Heredes mariti si vxori viduae dederint vestes lugubres in casu, quoad id minime tenebuntur, consentiu eadem donare pro tempore viduitatis.
- 10 Vestes lugubres deduci debent de quinto bonorum mariti stantibus descendentijs legitimis, non vero de corpore hereditaria.
- 11 Mulier intra annum luctus nubens tenetur reddere vestes lugubres heredibus mariti.
- 12 Coniux non lucrum legale amittit per transfatum ad secundas nuptias.
- 13 Pater non amittit legitimam administrationem, quam habet in bonis filiorum per transfatum ad secunda vota, licet aliud sit in tutela matris.
- 14 Maritus per transfatum ad secundas nuptias non amittit lucra, quae lucratur ex forma statuti municipalis, sed contra, n. 20.
- 15 Coniux superflua transiens ad secundas nuptias dividere tenetur lectum quotidianum cum heredibus praedicti filij.
- 16 Praxis circa distributionem bonorum mortui vno ex coniugibus.
- 17 Lectum quotidianum deducitur ex bonis multiplicati, si ea adsint alios de capitali praemortui.
- 18 Lectum quotidianum quando sit deductum ex capitali praedicti filij per transfatum ad secundas nuptias, referri debet filijs prioris matrimonij.
- 19 Lectum quotidianum deductum ex bonis superlucratu constante matrimonio per transfatum ad secundas nuptias dividit debet cum heredibus praedicti coniugis.
- 20 Ratio ad l. 14. Taur.
- 21 Lectum quotidianum appellatione, quae continentur in proposito & quae non.

Eadem l. 6. Taur.

QUESTIO XCV.

Quaeritur tertio circa eandem l. 6. tit. 6. lib. 3. For. Quae conuix superflua, qui iuxta eam lucratur lectum quotidianum, illum amittat si transferat ad secundas nuptias? Et videtur quod sic, & quod teneatur cum referre filijs prioris matrimonij & tantum habeat ius vtendi & fruendi & sic vltimum fructum legale ex legis dispositione, & quod non possit praedictum lectum alienare, argumento text. in l. foemina, C. de sec. d. nupt. vbi probatur, quod si mulier post mortem mariti contraheatur secundas nuptias, tenetur referre filijs prioris matrimonij omnia bona, quae habuit a primo marito titulo lucrato, nec ea poterit alienare: Idem probat textus in l. mater, C. ad Tertul. et in l. 2. C. de ind. vid. sol. idem probat l. 26. tit. 13. par. 5. concordans cu l. hac edictali, §. illud. C. de secunda nuptia, & loquens in arthi & in alio donationibus marito vxori, vt salua maneat filijs prioris matrimonij, si mater transeat ad secundas nuptias & ibidem introducat tacita hypotheca

theca in omnibus bonis matris pro eorum securitate in fauorem filiorum: Et omnia praedicta procedunt etiam in viro transeunte ad secundas vel tertias nuptias, nam & tunc tenetur referre filijs prioris vel secundi matrimonij proprietatem eorum, quae a primis vxoribus habuerant titulo lucrato, vt probatur in l. generaliter, et in l. per. C. de sec. nupt. et in l. si quis prioris, §. fin. eod. tit. et in Authen. et non elig. secunda. n. 8. quia vero binubij, col. 1. gloss. in d. l. foemina, §. illud, tenet Azo in summa C. eodem tit. §. item quacumq. estq; communis opinio secund. Ant. Gom. plures referentem in l. 14. et leg. Taur. n. 14. id quod expresse disponit hodie l. 15. Taur. quae est l. 4. tit. 1. hoc. lib. 5. Nou. Collect. Reg. & idem de iure Canonico procedere testatur cum alijs D. Coui. in 4. de spons. 2. p. c. 3. §. 9. n. 7. fol. 8.

Ex quo inferitur, quod si maritus relinquat aliquid vxori in testamento vel contra vxor marito, tenebitur etiam hodie referre filijs prioris matrimonij: Videtur si maritus relinquat vxori quantum bonorum vel quantum in hoc Episcopatu Cluiant. de quo iuxta consuetudinem immemorabilem ipsius patet potest disponere in praedictum filiorum per viam institutionis, si ad secundas nuptias conuolauerit, scenn. iura C. quae in hoc no reperitur correctae per tex. in Auth. ex testamento, C. de secunda nupt. et in corpore vnde sumitur, quia text. ille loquitur & procedit quando mater vel pater aliquid recepit a filio ex testamento quia tunc no tenetur referre, quoniam caput vt extraneus, secus vero in nostro casu, quando vnus coniux recepit ab altero, quia tenetur referre propter iuramentum quam sibi facit propter transfatum ad secunda vota, & in terminis ita tenet Oldrad. conf. 33. n. 3. quem refert & sequitur C. fuerit in l. 15. Taur. in vers. secundum casus, et iter. in vers. circa praemissa, vbi inquit, quod habuit hanc quaestionem de facto & quod ita tenuit iuxta gloss. communiter approbatam in dicta foemina, §. illud, & esse pro ea text. expresse in dict. Auth. de non elig. secunda. n. 8. cum igitur, vers. sic enim patet. Sed profecto quamuis haec opinio vera sit, non probatur dict. gl. nec text. Nam loquuntur in successione bonorum filiorum. Probari tamen videtur in dict. l. 15. Taur. vt perpendit ipse Cifuent. quem sententiam etiam sequitur Anton. Gom. in dict. l. 14. et sequitur Taur. num. 2. vers. aduertendum tamen, et nouissime Marien. in l. 3. tit. 1. lib. 5. Noua Collect. Reg. gloss. l. 2. n. 3. quem casum habui non semel in praxi, & iuxta hanc opinionem consuli atque obtinui. Et quamuis pena imposita nubenti intra annum luctus, sint sublata per dictum Apostoli Paul. 1. ad Corinth. cap. 7. de quo et cap. vir. de secunda nupt. vbi habetur, quod mulier mortuo viro suo ab eius est lege soluta, & nubendi, cui velit tantum in Domino liberam habet facultatem, per quem text. haec est communis opinio, vt refert Greg. Lop. in l. 4. tit. 11. in gl. facta in anno p. 4. quam late probat D. Couar. in 4. p. c. 3. §. 9. n. 4. & probatur in d. l. 20. in prin. et in d. l. 3. tit. 1. lib. 5. Nou. Collect. Reg. vbi gl. noua, omnes tam illa pena, quae respiciunt fauorem filiorum & imponentur, si nubant intra annum luctus, non sunt correctae de iure canonico, & secundum Innoc. & communiter doct. in dict. c. si testatur Greg. Lop. in d. gl. facta in anno, in vbi summes tam. sequitur etiam & dicit communem d. l. Couar. vbi supra. num. 5. estque magis communis opinio secund. Mari. de Affili. decif. Neapol. 75. num. 5. testatur communem plures referens Matien vbi supra. gl. 2. n. 1. et Ant. Gabriel. lib. 3. communium opin. concl. 5. §. 6. de secunda nupt. pag. 224. vbi limitat & Celsus conf. 38. num. 7.

Secundo principaliter pro hac parte facit, quia vxori viduae in casibus in quibus ab heredibus viri debentur alimenta ei, eo quod dos consistat in mobilibus & heredes volunt gaudere dilacione annali lege ipsi con-

cessa ad restituendam dotem vel si vxor remansit praegrans iuxta gloss. communiter approbatam in l. d. uortio, et in prin. solut. matr. et in l. conuicia, §. ex act. C. de rei vxor. act. vbi Dd. com. et alibi passim, debentur etiam vestes lugubres viduales, etiam pretiosae, quae sibi sint praestitae expensis viri suorumq; heredum & cetera personaru & Regnorum qualitate, cum verbo viduus huc contineatur, vt in l. verba viduus, ff. de verb. signif. pro quocumq. iam facit l. si ex re domini, §. illud quatuor, iuxta gloss. verb. funesta, ff. de stip. serui. et in terminis ita tenet Bal. consil. 478. vol. 5. num. 3. vbi inquit, quod ita feruat consuetudo estque argum. gloss. in l. si ex re, ff. de stip. seruum, text. vbi hoc notat Ang. in l. decreto, C. de his, qui nor. inf. vbi id restringit, si consuetudo loci & conditio personarum, id sufficere possit: quam opinionem sine restrictione refert Montal. in hac l. 6. gloss. magn. col. 2. vers. & adde quod hares viri, et in l. 4. tit. 1. par. 4. & l. alar. Rub. in repet. sub. de donat. inter virum & vxor. §. 11. num. 8. et doct. Couarruius in 4. 2. par. c. 3. §. 9. num. 10. Ioann. a Rivas in Epitome succell. cap. 33. num. 49. plures referens, et Rolan. a Val. consil. 10. num. 8. addit. Math. de Affili. decif. Neapol. 35. ad si. Greg. Lop. in l. 2. tit. 1. par. 6. in gloss. las despesas, in vers. conferri secundum Angel. vbi cum Roman. in Authen. ex testamento, hoc limitat, quando heredes viri non tenentur alimenta praestare vxori viduae quia tunc nec vestes nigrae, id est viduales tenebuntur praestare & communem distinctionem hanc videri sequendam nouissime testatur D. Ant. de Quetad. hb. 1. d. i. quast. cap. 25. vbi supra, eandem sequitur alios referens Ioann. Garf. Gallucus in tractat. de expens. & melior. c. 8. nu. 29. & 36. & 37. & generaliter cum restrictione Angel. sequitur plures allegans D. Did. Per. in l. 7. in gloss. vbi per late, in l. lib. ordinarum, col. 47. Si vero indistincte consuetudine receptum sit, quod mulieri dentur telles viduales, consuetudo seruanda est quae in hoc plurimum potest secund. Montal. dist. l. 4. Greg. Lop. et Ioan. Garf. vbi supra. num. 19. quod adeo verum est, vt etiam si mulier fecisset praed. vestes de suo, debeant sibi satisfieri ab heredibus viri, vt cum alijs refert esse tam de honeritate quam de consuetudine generali. Addit. Mari. de Affili. vbi supra.

Nec incumbit viduae probatio consuetudinis deducendi has vestes ex vii praemortui hereditate, sed illius tantum consuetudinis ex qua viduae his vel illis vestibus solent lugere maritus, & sic reductur ad concordiam cotrouertia doctoru supra relata. Nam quidam ita demu debent has vestes existimant, si consuetudo sit eas praestandi vt Ang. & sequaces vbi supra. Alij vero indistincte tenent, eas debere existimantes ita habere consuetudine, vt in terminis praedictas opiniones concordant Ant. Cap. decif. Neapol. 24. n. 2. dicens, ita fuisse votatum pro vidua, quod probat D. Couar. vbi supra. & mihi verissimum videtur & tenendum & nouissime sequitur Matien. vbi supra. n. 36.

Imo, si heredes mariti has vestes viduae vxori dederint in casu quo eas dare minime teneantur, donasse ei praesumitur pro tempore viduitatis, iuxta Alex. sententiam in l. quis quadringenta, §. fin. ff. ad l. Falcia. quem refert & sequitur D. Couar. vbi supra. et doct. Anson. de Quetad. vbi supra. Quae quidem vestes deduci debent de quinto bonorum mariti, stantibus descendentijs legitimis ipsi, ne illis praedictum fiat in legitima, non vero de corpore hereditatis, vt probat Greg. Lop. in l. 12. in gl. la persona. tit. 13. par. 1. sensu prius D. del Castillo in l. 50. Taur. in gl. gloss.

Sit tamen fortuna intra annum luctus nubat, reddere in tenetur vestes viduales heredibus mariti, vt notat Bal. et Palat. Rub. vbi supra. & Marien. etiam vbi supra. gl. 2. n. 36. Et licet aliqui existimant, id procedere in vestibus pretiosis, quia videntur datae ad vltim. vt feruiat in hono-

tem mariti defuncti, non vero animo donandi, unde cessante viduitate, quia mulier trāsit ad secunda vota, possunt peti ab heredibus viri, & ipsi sunt restitueda: Vestes autem viles & quotidianae efficiuntur statim vxoris, sicq; videntur idem doctores p̄supponere, non tenent eas restituere mulierem secundo nubente, prout sunt Palat. Rub. vbi supra, Imola. in l. si ex v. §. qualis. ff. de stip. seru. & Camp. de dot. 2. vbi. quāst. 56. & res referens Roland. à Vall. vbi supra. Item Greg. Lop. in d. l. 2. tit. 11. part. 6. in glo. Las. d. i. p. ad si. vbi ex eod. Imola omnia supradicta intelligit, nisi aliter se habeat consuetudo, quia ea est seruanda: attamen de aliis nō pretiosis dicendum est, vt mulier secundo nubens intra annum luctus ea quoq; restituere teneatur heredibus viri sui, quia Bald. vbi supra, indistincte loquitur & expresse de omnib; idem scribit Alex. in d. l. 1. is qui quadringenta §. fin. in fin. & loa. de Garro. in rub. de secundis nupt. nu. 43. p̄na. 18. quos refert & sequitur doct. Couar. d. num. 10. circa fin. Item & Didac. Perez. vbi supra. & Ioan. Cas. vbi supra. nu. 42. quorum opinionem ipse probat. Vnde ex suprad. videtur bene fundata haec prima pars, vt coniux superstes qui lucratur lectum quotidianū in casu nostrae legis Regiae & illam habuit, si transeat ad secunda vota, teneatur illum restituere heredibus defuncti scia terminis nostrae legis atque per eam ita tenet doct. Anton. de Quafad. vbi supra, dicens esse receptum & ante eum tenuit doct. Castil. in l. 15. Taur. gl. 1. vbi inquit, quod d. l. 1. potest habere locum in casu nostrae l. Fori. quod sicut mulier morte viri lucratur lectū quotidianum & illum amittit transiens ad secundas nuptias ita maritus vt ibi.

12. Secundo videtur dicendum in hac quaestione, quod coniux superstes lucratus lectum quotidianum illum non amittat per transitum ad secundas nuptias, cum sic lucrum legale, vt probat tex. in l. si C. de bon. mat. vbi patet per transitum ad secundas nuptias non perdit usufructum sibi quaesitum in rebus filiorum, qui text. vnicus & singularis est, vt doct. dicitur ipsiusque calum iam habui in praxi: sic etiam patet per transitum ad secunda vota non admittit legitimam administrationē quā habet a lege in bonis filiorum, licet aliud sit in tutela matris, quia ipsam amittit mater per transitum ad secundas nuptias: rum quia lege cauetur, tū etiam quia animus viri praesumitur constantior & firmiter & non subicitur femininae sicut ipsa subicitur viro, vnde pater non amittit, licet mater sic, vt in l. generaliter, in fine, verb. arguatur, C. de secundis nupt. ita resoluunt plures allegantes doct. Anton. Gomez in l. 14. Taur. num. 1. & Arias Pinell. in d. l. fin. nu. etiam 15. loquens in tutela. Et ex dicta lege fin. infert notabiliter Baldus in fin. quod lacta que vir lucratur, ex forma statuti municipalis, exstantibus vel non exstantibus filiis per secundas nuptias non perdit, quia non consequitur hoc ab vxore sed legis proidentia, dicens menti tenendum: quod sequuntur & extollunt plures relati per Anton. Gom. vbi supra. num. 3. & Pinell. in d. l. fin. num. 2. vbi inquit eos omnes doct. & alios quos statim citat communiter intelligere voluisse Bald. quod tūc non tenetur pater tale lectum reservare liberis prioris matrimonii, quia a lege non a coniuge illud habet cui dicit Bald. sic intellectū credit in p̄cto iuris veri? Greg. Lop. in l. 26. in gl. Lau. arat. in si. tit. 13. part. 5. quam sententiā fouere videtur hodie d. l. 14. Taur. quā in lucris acquisitis constante matrimonio (que communiter diuiduntur inter vtrumque coniugem & ipsorum heredes, solum matrimonium idē expresse disponit) Sic igitur videtur dicendum in nostris terminis, vt coniux superstes qui lucratus fuit lectū quotidianū virtute huius l. Fori & consuetudinis vniuersalis huius Regni, per transitum ad secundas nuptias, illā non amittat, nec teneatur re-

seruare filiis prioris matrimonii cū sibi imēdiatē a lege deferatur, nō vero iudicio sui cōiugis p̄defuncti.

Tertia sententia est, quam probat nostra l. Fori ibi. *E si se casare, tome lo a parricicio los herederos del muerto*. Nam intelligo sentire, atq; expresse decidere hanc legem quod per transitum ad secunda vota lectus diuidatur inter ipsam coniugem transeuntem ad secundas nuptias & heredes p̄defuncti coniugis: quid enim aliud est *Tornala a parricicio los herederos del muerto*, quam ipsum diuidere cum eisdem? *argum. 129. Taur. in prime*, quia iudiciū familia hereticund. est diuisionum & in hunc solum videt sepe d. l. in praxi acceptum fuisse: nam in sententiis hac de re latis iubetur, quod coniux superstes, cui ad iudicatur dictus lectus quotidianus, permittat vel caueat quod si transeat ad secundas nuptias, reddet dimidium ipsius heredibus p̄defuncti, & cum habeamus legem expressam, non oportet ad casus similes occurrere.

Praxis tūc cum habet iuxta legem Reg. styli & consuetudinem huius Regni, vt solum matrimonium prius deducatur ex omnibus bonis coniugum dos & athena vxoris & alia bona propria forte quae habuit mulier ex hereditate parentū vel alias, postea vero capitale viri, nempe bona, quae ad matrimonium duxit vel habuit ex hereditate parentum, vel alias si p̄dote & capitalibus consistet: quia alias in dubio omnia praesumuntur acquisita & multiplicata durante matrimonio & diuiduntur aequaliter inter coniuges & ipsos heredes solum matrimonii: quod si forte bona p̄dote & capitalia vel aliqua eorum fuerint vendita vel consumpta, deducitur eorū estimatio ex p̄dote, ac vero bonorū deductis autem dictis dote & capitalibus, cetera bona quae superflua, diuiduntur aequaliter inter supradictos & vnaqueq; partium tenetur ad debita soluenda durante matrimonio contracta p̄o dimidiatae, quando sunt bona multiplicata, suamq; partem agnouit mulier vel ipsi heredes, vt probat Palat. Rub. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. num. 1. cum sequent. quae praxis est certissima, de qua ipse sū testis, tam in iudicando quam in consulendo post Roder. Sauc. in tit. de las ganancias ad si. ff. Ant. Gop. in l. 33. Taur. num. 69. & 70. vbi alios allegat, Morotal. in l. 1. tit. 9. in lib. 5. Nov. Coll. Reg. gloss. m. & sequent. vbi alios allegat, & de eadem praxi etiam testis est.

Ex qua praxi p̄faccitatio inferitur, quod cum quilibet coniux debeat deducere suum capitale in eisdem rebus vel in eorum iusta estimatiōe, & lectus quotidianus debeat in totum ad iudicare p̄fessit coni. q. q. od ipse lectus quotidianus quando sint bona multiplicata, deducitur in effectu ex eisdem. Si vero nulla manserint bona p̄pericrata constante matrimonio, lectus quotidianus deducitur ex capitali siue bonis p̄defuncti, q. ia vt est p̄dote hereditario in bonis defuncti defertur superfluis: Quod si idē lectus sit superfluis, q. ia ipse cum detulit ad matrimonium, solum estimatio seu valor eius idē p̄fessit ex bonis p̄defuncti, vt sic ipse fruatur hoc lucro legalitatis enim nisi p̄dote estimatio sibi hoc casu solueret, nullo lucro fruere retur: quod esset contra hanc l. & ipsius mentem & aduersus consuetudinem praefatā: per praedicta sensu nouissime post hanc scripta F. Lud. Lop. in suo Instruē. Conf. sent. 2. p. 6. 2. pag. 192. in prime. Inferitur etiam nostrā hanc l. For. procedere, siue lectus quotidianus sit acquisitus durante matrimonio siue non, cum generaliter loquitur: quod in specie tenet Palatius R. b. in l. 33. Taur. numer. 24. quā amissio ipse existimet eandem legem tantum agere priorī casu, sed cedere in vtroq; propter generalitatem subscriptionis vel rubricae.

Quib;

19. Quibus sic exacte consideratis, mea in p̄cto iuris media est sententia inter supra relatas, per quam ipse reducuntur ad concordiam, nempe vt prima opinio supradicta, quamvis fundamenta ipsius in aliis terminis loquantur, procedat etiam in proposito, eo casu, quo lectus hic quotidianus deducendus esset ex capitali p̄defuncti coniugis, vt quia non remanserint bona aliqua multiplicata ex eodem matrimonio iuxta supradicta: quia cum tunc superstes lucratur ex bonis p̄defuncti lectū hanc iure successione, consequens est, vt per transitum ad secunda vota teneatur referuare eū filiis prioris matrimonii, si ipsi superfluis, iuxta iura & decisiones doctorum pro dicta prima opinione adducta, quae hoc casu etiam bene vident. Si vero bona multiplicata remanserint ex p̄dote matrimonio, tunc cū lectus exeat in effectu ex eisdem bonis multiplicatis iuxta supradictam praxin, & sic esset alias communis vtriusque coniugis, consequens est vt superstes, qui illum integrum habere debet per nostram legem si ad secundas nuptias transeat, teneatur eum deducere ad partitionem eum heredibus p̄defuncti hoc est, date dimidium eisdem & alterum dimidium penes se remaneat iure proprio: nam suam dimidiam partem, quam non tenetur restituere, retinebit, tanquam ad se perinentem ratione luctorū quaestorum constante matrimonio, quam non tenetur referuare filiis prioris matrimonii, iuxta dict. l. 14. Taur. quae in hoc est expressa: alteram vero dimidiam ideo restituere tenetur heredibus mariti: quoniam ipsam accepit de bonis eiusdem, vnde merito quod referuare teneatur per transitum ad secunda vota filiis prioris matrimonii & ista est vera ratio & intellectus ad nostrā l. For. in hac parte vt procedat, nepe vt p̄dote, quoties lectus p̄dote deducitur ex bonis multiplicatis supradicta ratione & quia diuersis frequentius accidit: nam in dubio omnia praesumuntur superlucrata constante matrimonio, vt diximus supra, & ideo in eo loquuta est l. nā ad ea quae frequentius accidunt: iura adaptantur, vt in l. nam ad ea. ff. de leg. cum similib. Secus vero quādo bona multiplicata deficiunt, & lectus deducendus venit ex capitali coniugis p̄defuncti, iuxta supradicta, quia tūc si superstes transeat ad secunda vota, cum lectum illum consequutus fuerit ex bonis p̄defuncti, merito quod eum referuare teneatur filiis prioris matrimonii, si superfluis, iuxta supradicta, & ita meo iudicio est tenendum, quamvis qui non ita radicaliter rem hanc inspexerint, indistincte seruabunt dispositionem nostrae l. in hac parte, vt coniux superstes secundas cōtrahens nuptias, lectū, quem habuit, siue a bonis propriis p̄defuncti, siue a superlucratis constante eodē matrimonio, teneatur deducere ad partitionem, & sic eum diuidere cum heredibus p̄defuncti: sed praecedens intellectus verior est & tenendus, vt praedixi nisi hic secundus consuetudine probatus sit, tunc enim consuetudini erit standum: & postquam haec scripsi, inueni nouissime Doct. Aluar. in tracta. de consuetudine mente defuncti, lib. 4. cap. 2. num. 39. fol. 13. dicentem hanc nostram l. Fori. esse in vfu, atque dū dicit, *E si se casare, tome lo a parricicio con los herederos del muerto*, esse intelligendam, lectum illum dandum esse ex bonis lucratis constante matrimonio, & quod iuxta hunc sensum accepit definitum esse in Regio Granatenfī praxio quod praefatam nostram sententiam confirmat. Superioribus non obstant in contrarium supra adducta, & primo tex. in d. l. fin. Cod. de bonis mat. quia noster casus est diuersus ab eo, & in nostro habebimus l. expressam aliter disponentem, & ideo est seruanda, cum sit in vfu.

20. Secundo tūc non obstat dictum Bald. & sequacium in d. l. fin. de quo supra in secunda opinione, asserentiu

coniugem superstem per transitum ad secundas nuptias non amittere lucrum sibi a lege statuto vel consuetudine imēdiatē delatum, quoniam contrarium tenet idem Bald. in aub. ex testam. n. 6. & in aub. vxore, C. de secund. nupt. Veriusq; est atque receptius, hoc quoq; esse referuandum filiis prioris matrimonii per transitum ad secundas nuptias, vt rescribit Ripa in l. famina, n. 45. C. de secund. nupt. & testatur communem opinionem esse plures referens idem sequutus D. Covar. vbi supra. n. 7. & esse verius atq; receptius affirmat Arias Pinell. in d. l. si. n. 2. & esse cōmunem cū Bal. in d. aub. ex test. vbi supra. sed statim quero, C. de secund. nupt. asserit Ant. Gab. plures referens, & id limitans lib. 3. com. opin. cōcl. 2. de secund. nupt. nu. 15. pag. 2. 8. vbi etiam refert nonnullos sequentes contrarium cum Bald. in d. l. si. Hoc etiam est aequum & favorable filijs, secundum Greg. Lop. in d. l. 126. in gl. Lau. a vas, in si. tit. 13. part. 5.

Non obstat & tertio l. 14. Taur. nam eius casus, qui loquitur in acquisitis constante matrimonio, diuersus est a nostro, quia illa non deferuntur a lege coniugibus titulo lucratiuo, sed propter societatem coniugalem titulo oneroso, quoniam censetur bona vtriusque coniugis eorum industria & labore acquisita, vnde merito quod neuter ipsorum per transitum ad secunda vota teneatur suam partem referuare filiis prioris matrimonii, quia illam non accepit titulo lucratiuo, sed oneroso, propter suam industriam, operam & laborem: ita in specie asserit Ripa vbi supra. n. d. l. famina, n. 43. & 45. & Ioan. Lup. quos refert & sequitur D. Covar. vbi supra. n. 8. & praeterea Arias Pinell. in d. l. si. nu. 3. & Tellus Fernand. in d. l. 14. Taur. qui duo vltimi existimant non esse contrarium d. l. 14. Taur. iuri cōmuni, & supradicta receptissimae sententiae, nec per eandem legem ipsam cōmunem corrigi, cum loquatur diuersis casibus. At vero in casu nostrae l. Fori. lectus defertur a lege superfluis coniugis titulo hereditario & sic mere lucratiuo, vnde merito vt per transitum ad secundas nuptias diuidi debeat cum heredibus p̄defuncti. Vltimo, tū circa praxin nostrae l. Fori. aduertit Doct. Quafada lib. 1. diuer. quāst. cap. 28. col. 5. fol. 112. appellatione lecti regulariter non contineri cancellum hoc est. *Cama de madre*, nisi exprimat, per leg. heres meus, §. si ff. de leg. 3. quem tex. sic induci oportet nam ibi ideo continentur lecti testudinei, etiam si habeat pedes inargentatos, quoniam expresse fuerunt legati lecti testudinei: ergo si hoc non fuisset expressum, sed tantum essent legati simpliciter lecti, minime intelligeretur de armatura lectorum, sed comprehendantur puluinaris, id est. *Aimobadas, y colchones*, item *lyndones & lodices*, id est. *Mantea, y sauanas* text. & gl. in l. statutum ff. de verb. signif. Item veniunt ornamenta lecti, id est. *Cortinas de la cama, y cobertor*, per text. in l. librorum, §. final. si de leg. 3. ver. *saluera*, & secundum eundem auctorem vbi supra, vbi existimat haec omnia accipienda esse iuxta consuetudinem regionis personarum qualitatem, quantitatemque dotis, quod probat.

S V M M A R I A.

1. Filium an possit libere testari de bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, praeteritis vel exheredatis parentibus sine metu quarelas. Resoluitur quod nō, sed quod teneatur etiam in eis seruare dispositionē d. l. 6. Taur.
2. L. 6. tit. 17. part. 4. intellectus.
3. Filium an possit facere maioratū ex bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, absque Regia facultate ultra tertium bonorum, stantibus parentibus.

L. 6. Taur. hodie l. 1. tit. 8. lib. 5. Nou. Collect. Reg.

QUESTIO XCVI.

Quero circa l. 6. Taur. hodie l. tit. 8. libr. 5. Noua Colle. & Reg. dum probat, omnia bona filiorum, aliorumque descendendum esse legitimam filiorum ascendendum atque parentum, deficientibus descendibus legitimis, excepto tertio, de quo filius, vel alius descendens legitimus potest ad libitum disponere. An procedat dispositio huius in bonis Castrensiu, & quasi castrensiu: an vero in eis possit filius vel alius descendens legitimus libere testari, prateritis vel exheredatis parentibus, sine metu querela? Et prima facie videtur in his locum non habere decisionem nostrae l. sed quod filius vel alius descendens legitimus possit libere de his testari absque eo quod teneatur parentibus legitimam, neque quid aliud relinquere: quoniam et si lex, sine in versio, in his itaque, C. de iust. testam. quae hoc probat secundum opinionem gl. ibi, ver. testamento, sit correcta per tex. in aubeni. ut cum de appellatione cognosc. si aliud quaeque caputulum, & in §. hoc quidem, collat. 8. cuius opinionem sequuntur atque recipiunt magis communitate scilicet, qui alios glossas similes congerunt ibidem, & in aubeni. ex causa, C. de lib. prae. vel exheredat. ut causat ex Dec. Couar. in c. quia nos, nu. 7. de testam. Menchac. de success. creat. §. 22. r. 38. testatur communem Viglius, in §. illis autem, nu. 2. de iust. testam. Doll. Ant. Garza. in 1. tom. variat. resol. cap. 11. nu. 36. col. 2. ad fin. Dadae Perez. in l. 1. tit. 3. libr. ordinam. col. 107. & Pelaez de maior. 1. par. 9. nu. 23. multi tamen ex Doctotibus supra dictis contrarium probant, quorum opinio videtur hodie approbata in l. 6. tit. 17. p. 4. Nam loquens lex illa in castrensiu, vel quasi, inquit, Potende son quitamente de los que las ganaron, e son mas franco, adus que las otras ganancias: ea las dadas nos dellas pueden fazer de sus bienes a tales lo, quisier, e no ha derecho en ellas, ni se las puede embargar padre, ni hermano, ni otro pariente que ayar. Verba enim illa, Lo que quisieren, significant libertatem voluntatem legibus minime ligatam, si fidei commissis, §. quanguam, ff. de legat. 3. cum similib. l. 29. tit. 5. par. 6. in versio. Mas si dixisse ei testador. Nec huic opinioni obstat nostra l. 6. Taur. in illis verbis: Los ascendientes legitimos por su orden, y linea derecha, succedan ex testamento, a sus descendientes, y los sea legitimis herederos, como lo son los descendientes a ellos en todas sus bienes, de qualquier calidad que sean quia haec vltima verba legis, De qualquier calidad que sean non videntur privilegii specialibus militum derogare: Cum in generali derogatione nunquam censetur esse derogata specialia privilegia, nisi exprimat iuxta gl. communiter approbatam in l. de curionib. c. de sicutiarius, lib. 12. quod ex pluribus comprobatur Pelaez ubi sup. nu. 25. & 29. refert ad id alias leges Regias, & plures doct. Ergo cum privilegium expressum in d. l. Partita specialiter sit concessum militibus in bonis castrensiu & quasi castrensiu, lex autem 6. Taur. omnibus sit communis & generalis, merito vt minime censetur derogasse privilegio d. l. Partita.

Nihilominus tamen contraria sententia, imo quod hodie attenda nostra l. 6. Taur. & eius verbis supra relatis, filius, vel alius descendens legitimus, deficientibus sibi descendibus legitimis, teneatur seruate dispositionem eiusdem nostrae l. etiam in bonis castrensiu vel quasi castrensiu, est verior & tenenda in iudicando & considerando, quia praterquam quod generalis est, & generaliter loquitur, ac sic debet generaliter in omnibus descendibus legitimis intelligi, iuxta tex. in l. §. 3. generaliter, ff. de leg. prest. cum similib. Id manifeste influunt verba illa, En todas sus bienes, de qualquier calidad que sean. Ergo verba haec, cum sint adeo vniuersalia comprehensiu, et bona castrensiu, & quasi castrensiu ac si ea expressisset, quadoquid exprimit, De qualquier ca.

lidad que sean. Quae omnia bona, cuiuscunque qualitatis existant, comprehendunt etiam personas privilegatas, ut in l. in fraudem, in fine, ff. de iust. testam. ubi notat Bald. ut late comprobatur Pelaez ubi supra, nu. 36. quae numeris sequentiu, alia fundamenta huius opinionis refert: sed quod magis pro ea stringit, sunt verba nostrae l. 6. Taur. supra relata. Nec t. obstat altera l. 6. partita, pro prior parte adducta in verbis etiam supra citatis: quoniam primo respondeo, ea esse intelligenda de libera retentione filij horum bonorum in vita ipsius filij in suum commodum & vltimum, absque eo quod patri, & in consequentiam eius aliis fratribus acquiratur vltimus fructus, vel commoditas illius in his bonis, sicut acquiritur in aliis aduentitiis, ut in l. precedes, nemo l. 5. tit. 17. p. 4. Hocque constat, referendo verba illa ad materiam tituli, qui est Del poder q. bonos los padres sobre sus hijos, &c. Non vere, loquitur, titulus ille, nec precedes, l. 6. de vltima dispositione, nec testamento filiorum, sicut loquebatur d. l. ff. C. de iust. testam. quae hodie est correctae, etiam iure communis, iuxta supradictam communem opinionem, & praecipue iure Regio, attenda nostra l. 6. Taur. ut praedictum est. Secundo respondeo, quod etiam dicta l. 6. Partita loqueretur in nostro casu, adhuc verba eius supra relata, nempe, Puedan hacer de los bienes a tales, lo, quisier, e no ha derecho en ellos, ni se las puede embargar padre, ni hermano, ni otro pariente que ayar. Quae verba excludere videntur secundam responsum supra signatam, ideo prior est tenenda, quae meo iudicio est verissima camque assignauit Greg. Lopez, in l. 6. ff. qui in terminis nostrae legis & questionis hanc secundam parte probauit, & existimauit esse absque dubio stante nostra l. 6. Taur. in verbis supra relatis, quod etiam opinatio in terminis nostrae l. 6. latissime probat Doct. Peralt. in rubr. de hered. in fine, nu. 81. & Ant. Gomez. 1. tom. variat. c. 1. nu. 36. col. 2. ad fin. & Pelaez ubi supra, nu. 30. cum sequenti ubi num. 49. ex hoc probat, vt filius ex bonis Castrensiu, & quasi Castrensiu, non possit facere maioratum absque Regia facultate ultra tertium bonorum, in quo derogatur nostrae l. 6. Taur. & similibus. De tertio autem libere eum facere poterit, quod est verissimum attenda hac secundam opinionem tenenda, quam etiam nouissime probauit Velazquez in dict. l. 6. Taur. gl. 7. num. 2. & 5.

SUMMARIUM

1 Lex 6. Taur. in sua limitatione, dum praecipit seruari forum, ubi est consuetudo, vt bona redeant ab radice vel truncum, intelligitur ab intestato, secus ex testamento.

Eadem l. 6. Taur.

QUESTIO XCXII.

Quero secundo t. circa eandem l. 6. Taur. An in bonis a regula huius l. 6. ibi, Lo que mandamos q. se guarde salvo en las ciudades, villas, y lugares, do segun el fuero de la tierra se acostumbra tornar los bienes al truco, o la raxa la raxa, procedat tam ex testamento, quam ab intestato. Et videtur sic esse intelligendum: quia exceptio debet esse de regula, ut in l. na quod loquide, ff. de pen. l. cum similibus, sed regula loquitur ex testamento & ab intestato in omnibus bonis, cuiuscunque qualitatis existant, ut in 1. par. huius legis. Ergo eodem modo dicendum est, vt in casu limitationis, nepe stante praedicto

dicto foro, vt bona redeant ad radice vel truncum, id procedat ex testamento & ab intestato, alias enim non esset exceptio de regula. Nihilominus tamen Doct. del Castillo in d. l. 6. Taur. in gl. El fuero de la tierra, respondet huic questioni: quod ita debet intelligi sicut observatur. Nam lex illa dicit quod recipit intellectum & robur ab observantia. Si tamen est dubium de modo observandi, tenet, quod tam intelligatur ab intestato, non vero ex testamento, ex dicto Bald. in l. successione, 1. col. in §. 5. C. de leg. hered. ubi ait, quod statutum disponens quod vir aut agnati succedat uxori, debet intelligi ab intestato non ex testamento ex eod. Bald. in alijs locis a Castell. ibid. relatis qui tadem resoluit hanc esse opinionem magis veram, & quod eam approbat consuetudo, ne priueteu testamenti factione contra l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. quam sententiam sequitur D. Ant. Gomez. hic in §. 10. a Roias in sua Epistola success. c. 30. nu. 1. dicitur praedictum Forum Sepulveda & de Molina locum tantum habere ab intestato: Et quod ex testamento jus commune vltimum sit, & quod ita diebus praeiudicis Pincia iur. fudicatur, & Martene. hic gl. 9. r. 3. quam sententiam probat, & ita vidi expresse declaratum in ordinationibus cuiusdam Oppidi Comitatus de Oforno, vbi a tempore immemoriali seruat forum de Leon. hoc disponens, nam praed. ordinationibus declaratur solum procedere dictum forum ab intestato. Non obstat fundamentum prioris partis, nempe quod exceptio debeat esse de regula: & quoniam exceptio in proposito nititur consuetudine, vt constat ex finali parte nostrae l. 6. consuetudine est interpretata, vt solum procedat ab intestato, secus ex testamento, vt supra resolui, idque colonum iuti videtur, ne quis efficaciter intelligat: dicemus ergo quod exceptio debet esse de regula: nisi exceptio illa referatur ad consuetudinem aliam habentem. Praterca sufficit quod sit de regula in vno ex duobus contentis casibus in regula, nempe ab intestato, quando in alio esse non potest, nempe ex testamento, consuetudine obliuiscere, & nouissime post haec scripta eandem nostram principalem sententiam sequitur Velazquez in d. l. 6. Taur. gl. 1. in §. cum seg. vbi §. 8. limitat quando consuetudine legitime praescripta alius elicit obtentum atque obseruatum, quod probat.

SUMMARIUM

1 Bona immobilia acquisita a parentibus, in quibus successio postea filius, an ex more dicantur de radice vel truncum, ad hoc vt ubi viget praed. forum, debeant redire ad radice vel truncum: Hoc affirmatur.

Eadem l. 6. Tauri.

QUESTIO XCXIII.

Quero t. tertio circa eandem l. 6. Taur. An bona immobilia acquisita a parentibus, in quibus successio postea filius, qui natus moritur, & de cuius successione tractatur, de radice vel de truncum dicantur, ad hoc vt ubi viget praedictus forum, debeant redire ad radice vel truncum, vel restituantur in proposito, quod illa bona immobilia ab auo, vel alijs descendibus vltioribus descendant, atque proueniunt. In qua questione videtur primo dicendum, praedicta bona minime esse de radice vel truncum, vt ad eam redire debeant, sed imo seruanda sit in eis regula nostrae l. in prima parte posita, quia cum dictus forum municipalis sit iuri communi contrarius atque odiosus, quia priuat ascendentes successione descendendum, debet restringi, non extendi ad alia bona quam ea, in quibus loquitur, ut in l. §. si quis hoc interdico, ubi Bart. ff. de iust. testam. in aub. qui rem, C. de sacros. Eccl. & alibi scripsimus. Ergo cum di-

ctus forus & l. nostra praecipiant, vt bona immobilia ad truncum vel radice redeant, supponunt loqui de his, quae ex radice & truncum exiunt, sed ea quae de nouo fuerint acquisita, non dicuntur redire, ut in l. cum pater, §. vgo, ff. de legat. 2. l. 1. §. elegerit, ff. de p. s. i. Ergo in eis non habet locum praed. forum.

Sed hoc non obstant, contrarium est tenendum, imo quod in casu quae praesentis praedicta bona dicantur de truncum & de radice, & ideo debeat redire ad truncum & radice: quod probat ex nostra l. referendo verba in fine posita ad verba illa primae partis. De qualiter calidat que sean. Nam clausula in fine posita refertur ad omnia praecedentia l. quos res, C. famul. heredi. cum d. cap. 2. requirit, cap. Inquisitionis, de appellat. sed in principio lex nostra loquitur de omnibus bonis filiorum, cuiuscunque qualitatis existant, & intelligitur de acquisitis a parentibus ipsorum. Ergo secunda pars eiusdem legis de illis quoque intelligenda est. Haec tamen poterit atque consideratio ex eo recte procedere non videtur, quoniam iuxta eam sequeretur absurdum, vt idem esset dicendum in bonis nouiter acquisitis ab ipsis filiis, quod est falsum: Nam non habent vbi redeant, cum sint nouiter acquisita ab ipsis filiis, nunc morientibus: & ideo in omnibus succedere debent ascendentes iuxta regulam nostrae l. in fine. Quare clausula in fine nostrae l. posita, minime referri potest in hoc sensu ad omnia praecedentia, cum sit diueria ratio in hoc inter haec: quo casu, & quando alias sequeretur absurdum vel inconueniens, clausula in fine posita, non refertur ad omnia praecedentia, ut tradit post alios D. Castill. hic in §. El fuero de la tierra, in versio. quem nunguid. Nihilominus tamen haec secunda pars verior est & tenenda, ex eo nempe fundamento quod praedicta bona de nouo a patre acquisita, antequam ad filium peruenissent, de cuius successione est questio, fuerunt in potestate paterna, & respectu filij erant in truco, & ad patrem tanquam radice & truncum, & per consequens, ad agnatos, hoc est, ad consanguineos paternos debent redire quod secus esset si bona illa a praed. filio essent de nouo acquisita, vt modo dicebat: & in terminis ita tenet & probat Ioan. a Roias in sua Epistola success. c. 30. nu. 10. & n. arbitratu hunc esse verum sensum & intellectum ad praed. Forum municipale. Pro qua sententia ultra ipsum allego in argumentum quandam legem Regiam 15. tit. 1. infra hoc lib. 5. Noua Colle. Reg. idem expresse disponentem in iure retrahendi rem aliquam immobilem ratione sanguinis, vt tunc demum retrahi possit, quando fuerint vendita ab illis personis quae in ea successerunt iure hereditario. De su abolengo, o patrimonio: secus veto si in ea non successerunt iure hereditario a genere vel parentela, sed titulo donationis vel alio modo: & post haec scripta supra d. opinionem Ioan. a Roias quam sequimur, probat etiam Velazquez in d. l. 6. Taur. gl. 1. nu. 17. cum seg. non tamen assentio eidem, dum n. 20. additur idem probare in bonis ab ipso filio acquisitis, quia hoc est falsum, vt praescriptum, neque litera nostrae l. lum non vniuersum, diuinatorium & violentum intellectum patitur.

SUMMARIUM

1 Filius potest disponere de tertio bonorum suorum, etiam ubi fuerit forum consuetudine roboratus, ut bona redeant ad truncum vel radice.

Eadem l. 6. Tauri.

QUESTIO XCXI.

Quero t. quarto, an stante praedicto foro consuetudine roborato, quod bona de radice vel truncum redeant ad radice vel truncum, filius vel alius descendens possit disponere de tertio praedictorum bonorum, stantibus ascen-

denibus legitime, sicut potest in casu precedenti legum nostra nempe regulariter deservit et prae dicto foro: Et videtur quod non ex littera nostra l. que omnia supradicta limitat, quando adest dictus forus. Ergo ipso existente, filius non poterit disponere de tertia parte bonorum, ut constare videtur ex illis verbis immediate sequentibus. Nam postquam permittit filiis aliis, descendentibus de tertia disponere, subdit: *Lo qual mandamos que se guarde, salvo en las ciudades, villas, y lugares, do segun el fuero de la tierra se acostumbra tonar los bienes al irronco, o la rax.* Sicq; evidenter apparet, hanc clausulam in fine positam referri ad omnia precedentia, & prae maxime ad illud, quod immediate precedit.

Nihilominus tamen contrariam sententiam in proposito tenit Doct. Didac. del Castillo hic in fin. glo. el fuero de la tierra, dicens, quod hoc casu hi, qui sunt de trunco vel radice, succedentes in his bonis, tanquam defuncti heredes tenentur ex testamento & ab intestato erogate pro anima defuncti, & ut ipse precipiat, tertiam partem bonorum suorum, argum. tex. in l. 36. Taur. sumpta hac nostra l. 6. in quantum illa de quinto in ascendentibus hac de tertio in descendentibus permittit pro anima & alias ad libitum disponere. No obstat nostra l. in contrarium ponderata, quoniam praedicta relatio non fit, quoties resultaret absurdum vel aliud in convenientes seu iurium correctio, vel si potest reddi diversa ratio in precedentibus, ut dicebat in questione ab hinc secunda: sed in nostro casu si aliud diceremus, efficeretur intellexibilis descendens, quod est contra bonos mores & absurdum, & juris communis correctionem induceret, nempe l. 1. cum similib. C. de sacrosancti. Eccl. Ergo praedicta clausula in fine positam referri no debet ad supradictum precedens intelligi igitur debet nostra l. v. valeat nec tollat facultatem disponendi de tertione alias efficiatur intellexibilis descendens.

Mihi autem, iuxta ea, quae resoluti in d. qu. ad huc secundam, & quae fra dicam hęc quaestio Castill. necessaria semper non videtur, cum praed. forus consuetudine sit interpretatus, ut procedat ab intestato, secus ex testamento: in quo ita potest descendens disponere de praed. bonis truncalibus, sicut de ceteris, quae no sunt huiusmodi servata tamen iuris communis Regii dispositione: postea tamen ad hoc casu habere locum eadem dispositio, nempe in his locis, in quib. consuetudine legitime praescripta praed. forus servaretur & interpretatus esset, etiam ex testamento sicut ab intestato. Tunc enim mihi verissima, & tenenda videretur sententia D. del Castillo, supra relata: At vero in locis ubi ab intestato servatur tantummodo praed. forus, no videtur posse procedere eiusdem auctoris praefata sententia. Nam si advertas ad tenorem d. l. 36. Taur. & casum in quo ea loquitur diversus videtur ab eo, quem hic sentit Castill. Nam d. l. disponit quando non existant descendentes, nec ascendentes legitimi, sed alii consanguinei, qui in bonis defuncti ab intestato succedere deberent: hi enim tenentur tunc erogate quintam partem bonorum defuncti pro ipsius anima, ut in praed. l. 36. Taur. cauetur. Sed si existant ascendentes legitimi, etiam si bona essent truncalia, existant praedicto foro consuetudine corroborato, deficientibus descendentibus minime locum haberet d. l. dispositio, ut ipsa insinuat, ergo videtur no recte procedere posse hoc casu opinionem Castell. nisi quando deficient quoque descendentes: & tunc non sumus in terminis nostrae l. 6. Taur. sed d. l. 36. Quo casu non tertium sed quintum erogandum est, ut in ipsa l. expresse cauetur.

SUMMARI A.

Partus octimestris an sit naturalis & successibilis ante l. 1. 3. Taur. si totus vivus nascatur, & vixerit per 14. horas, & fuerit baptizatus

- 2. Partus sunt quem non nasci vivum vel nasci eo tempore, quo naturaliter vivere non possit.
- 3. Filius legitimus & iustus est, qui vltque ad mensum decimum finitum nascitur, & non vltra.
- 4. Natus infra sextum mensum, antequam attingat septimum, non est partus naturalis.
- 5. Staturum vel confusado loquens in materia iuris, & aliqua excipiens non propter hoc firmat regulam, in non enumeratis contra ius commune antiquum, quinimo in casibus non exceptis suppletur a iure communi.
- 6. Abortus id est, abortivum facere, dicitur immaturum atque in partu partum licet vivum edere.
- 7. Partus octimestris naturaliter vivere non potest, & per consequens succedere non valet.
- 8. Pater in casu l. 1. 3. Taur. ubi succedit infanti praedefuncto, tantum succedit in bonis matris in esse defuncti, nempe dotalibus & arribilib. & huiusmodi, secus in aliis bonis factis infanti tempore mortis non delatis.
- 9. Partus semestris, qui modum septimum mensum attingit, non est naturalis, quia vivere non potest, & ideo non succedit etiam si vixerit 14. horas, & mortuus fuerit.
- 10. Legum, quod dicitur, vers. quid tamen, ff. de lib. & posth. intellectu.

L. 13. Taur. hodie l. 2. tit. 8. lib. 5. Novae Collect. Regiz.

QUESTIO C.

Quaestio circa l. 3. Taur. quae hodie est l. 2. tit. 8. lib. 5. Novae Collect. Regiz. An octimestris partus sit naturalis & successibilis argenti hac l. 3. totus vivus nascatur, & vixerit per viginti quatuor horas, & fuerit baptizatus: Et videtur quod sic, attenda littera nostrae leg. quae plana videtur pro hac parte, in vers. Ordenamos y mandamos, que el tal hijo se diga que naturalmente es nacido, y que no es abortivo, quando nascio vivo totus: y que alomeno despus de nascido vivio veite y quatro horas naturaliter, & fue baptizado antes que muriese. Et si de otra manera nascido, murio dentro del dicho termino, o no fue baptizado, mandamos que el tal hijo sea auido por abortivo, y no pueda heredar a sus padres ni a su madre, ni a sus descendientes. Hic omnia suprad. qui sunt tria copulative requisita ad succedendum, nepe quod totus vivus nascatur, & quod postquam fuit natus, ad minus vixit 24. horas, & quod fuerit baptizatus, antequam moriatur, ut ex hac l. notant atque ad eundem omnes glossatores eiusdem, videtur in hoc casu concurrere in huiusmodi partu: Ergo naturalis & succedit, praecipue cum in secunda parte legis nostrae non excipiat casus hic, sed tantum quando liquido probaretur, quod partus vivere no posset naturaliter, vel ex absentia viti, vel ex tempore matrimonii: Tunc enim licet in filio concurrant qualitates praedictae, non habetur naturali nec legitimo. Ergo extra hos casus regula praedicta affirmativa l. nostrae, quae nostrum casum comprehendere videtur, remanet illata: si quae ea attenda, placet, partus octimestris natus totus vivus, & vivens praeterea per 24. horas, & baptizatus, antequam decedat, erit partus naturalis & successibilis.

Secundo, pro hac sententia facit l. quod dicitur, vers. quid tamen, ff. de lib. & posth. ubi si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen testamentum rumpit & ita hanc sententiam, quod partus octimestris, sit partus legitimus, tenent Bald. consil. 12. 8. col. 2. lib. 1. & consil. 113. lib. 5. Cornuei in l. 3. de posth. hered. Inst. Berrian. consil. 217. num. 5. lib. 1. Felinus in cap. sicut ex tuarum, ante finem, de homicidio, sentit gl. in l. septimo mensis, ff. de statu homin. & gl. in §. si an Athen. de restit. & ea quae parit in undecimo mensis versio, praefecto, dum dicit, quod mulier potest

potest portare filium ad plus per decem menses & duos dies, & plus quam sex menses oportet quod portetur, tenet Greg. Lop. in l. 4. in glo. supra dies menses 11. 23. p. 4. idem colligens ex eadem lege; facit quod cum succedere matri sit filio commodum, videtur quod eo respectu debuerit haberi pro nato, etiam dum in ventre erat, ut in l. qui vixerit, ff. de statu hom. & per consequens quod ita habitus pro nato succedat postea natus & in terminis nostrae legis ita tenent Cifuentes hic num. 2. Imo idem in nato in sexto mense videtur voluisse Angul. in d. l. quod dicitur per Lopezul. C. de posthum. hered. instituenti ubi Cor.

Nihilominus tamen contraria sententia negatiua in terminis nostrae quaestiois verissima est & tenenda, imo quod hic partus octimestris, quamvis integer vivus edatur & vivat per 24. horas, atque baptizatus fuerit antequam moriatur, minime dicendus sit partus naturalis nec legitimus, ac proinde non succedat; sed potius sit partus abortivus, & per consequens insuccessibilis, primo per nostram legem quam sic considero atque induco pro hac veriori sententia: Nam nostrae legis mens praecipua atque intentu id est, ut designet atque definit quis sit partus naturalis & successibilis ad colligenda; plurima dubia circa hoc occurrunt, nempe circa instantes necesse natos morientes, an sint naturaliter nati vel abortivi, de quibus per Doct. in l. vixit abortivus, & in l. per. C. de posth. hered. si. ut constat ex tota contextura nostrae l. quae est huiusmodi: Per curat muchos dudas que suelen ocurrir cerca de los hijos que mueren vez en nascidos, sobre si son naturalmente nacidos, o si son abortivos, Ordenamos y mandamos & c. Ab hac regula excipitur casus quoties clare probatum fuerit, quod filius eo tempore natus fuit, quo naturaliter vivere no poterat. Et ratio est, quia paria sunt posthumum non nasci vel nasci eo tempore quo naturaliter vivere no possit, argu. d. l. septimo mensis, cum similib. ff. de statu homin. & de iure communi tandem exceptionem probavit Paul. Cast. in d. l. vixit abortivus, num. 3. C. de posth. hered. inst. & ibi Alex. & Moderni, & communis opinio, etiam de iure communi secundum Anton. Gon. hic. n. 4. Poterit autem id constare ex absentia viti vel matrimonii tempore, ut si naceretur post decimum mensum, ut in l. interdata, §. si in ff. de suo & legit. hered. l. 4. tit. 23. part. 4.

Hinc dicitur gl. vltima in d. l. septimo mensis, filium legitimum & iustum esse, qui vltque ad decimum mensum finitum nascitur & non vltra quae gl. est communis & iure probatur, secundum Ioh. Orf. ubi num. 5. quamvis gl. l. Gallus, in prim. in verb. decem mensib. & in d. Au. de restit. & ea quae parit in 11. mense, collat. 4. verb. perfectio, tenent, quod etiam si nascatur per decem menses & duos dies est partus legitimus, de quo est videndus late Tiracquel. in l. si unquam, verb. susceperit liberos, C. de revocac. donat. num. 210. & sequentibus, & non solum Menoch. de arbit. lib. 2. Centur. 1. casu 89. num. 4. & sequens communis tamen supradicta sententia d. l. Reg. 4. tit. 23. p. 4. hodie approbata est.

Aliud exemplum de partu non naturali est etiam de nato infra sextum mensum, antequam attingat septimum, saltem per duos dies, ut tenet gloss. dict. in testato, §. final. Hodie sufficit quod attingat vnum diem septimi mensis, ut sit partus naturalis, ut in d. l. 4. tit. 23. part. 4.

Et in terminis ita hanc secundam partem nostrae l. intelligit Cifuent hic. num. 2. Palat. Rub. numer. 99. Quo sic, ut duo casus expressi in nostra lege in quibus partum non esse naturale probatur, potius gratia exempli quam ut alios similes excludant, positi videntur, attenda supradict. met. expressa nostrae legis & sic omnes alii casus iuridici quib. liquet constare partum minime esse naturale, non censentur exclusi a nostra

l. imo clare admissi, ut idem de eis iudicent, quod de expressis: cum hi gratia exempli exprimi videantur: Exemplum autem non solent regulam arctare, ut in l. dam. in §. si stipulatio, in fine, ff. de dam. inf. & vlticque statuunt vel constitutio loquitur in materia iuris & aliquas causas excipit, non propter hoc firmat regulam in enumeratis contra ius commune antiquum, quinimo in casibus no exceptis suppletur a iure communi, iuxta tex. in c. ad audientiam, cum ibi notat de clerice, non residendo, & Bartol. in l. serui, ff. de usucapio, ubi volunt, quod si vnum ius ponit regulam & excipit aliquos casus cum dictione taxatiua, nihilominus excipiuntur alii casus, qui reperitur a iure excepti in alia parte iuris: facit etiam text. in cap. quoniam frequenter, sancta gl. respo. ut lue non comest, & in gl. 1. C. de cond. indeb. quae videtur velle, quod excepto vno casu a regula, videtur excepti omnes similes: latius enim est vnum esse positum gratia exempli, argum. in non possunt, ff. de verb. & in cap. translatio de constit. Et quod dicitur, exceptio firmat regulam in contrarium, ut in cap. Dominus, 23. quaest. 7. & in c. quoniam, de cons. dispof. debet intelligi in casibus dissimilibus & non exceptis specificis: Ita resoluit Syluest. in sua summa, verb. alienatio, num. 2. ubi inquit, distinguendum esse, quia si casus consimiles non excipiuntur specificis alibi, in materia favorabili & pin extenditur per identitatem rationis: sed in materia restringibilis, sed partu octimestris non est naturalis, attendo iure commune, ut stat. in videbimus, igitur & hic casus censeri debet exceptus in nostra l. per supra dicti.

Secundo principaliter haec eadem sententia probatur in l. quod certum est, C. de posth. hered. inst. in illis verbis, Si vultis perfecte natus esse, & c. Nam perfecte natus non dicitur, qui ita imperfecte atque immature natus est, ut vivere non possit per d. l. 1. epistimo mensis, verb. Perfecti partum. Sed partus octimestris naturaliter vivere non potest, ut infra d. erit, Ergo no est perfecte natus qui in octavo mense in luceu editur.

Tertio haec eadem pars probatur in d. l. vixit abortivus, C. de posth. hered. inst. ubi scribitur, Vxoribus abortivis non salu testamentum mariti, & est similis tex. in §. posth. ubi bonum, fecerit, Inst. de exhor. liber. Nam abortivi hoc est, abortivum facere dicitur, immaturum atque impetellituum partum licet vivum edere, ut ostendunt verb. Aul. Gell. lib. 3. noel. Atter. 16. ubi loquitur in partu octimestris, & Sabia. Hipp. interpres illud probat, ut eos atque alios auctores referens, late comprobat Tirac. in repet. l. si unquam, verb. susceperit liberos, nu. 206. & segg. C. de revocac. donat.

Quarto definitiviter haec nostra sententia comprobatur, quia apud illustres Medicos & Philosophos & inter alios naturales & grauissimos auctores, quinimo & apud nostros magis communiter tenetur ac receptior opinio est, ut partu octimestris minime naturaliter vivere possit, ac per consequens succedere no valeat: Nam ut praedixi, no sufficit quem nati vixit, sed oportet quod eo tempore nascatur, quo naturaliter vivere possit licet ex aliquo accidenti illico decedat, vel praeter nostram legem hoc expresse prohibent. id iure commune late comprobatur alios pluries referens Maria Socin. Junior consil. 35. in num. 7. cum sequenti. per totum consil. 1. & Menoch. de arbit. iud. 2. Centur. 1. casu 89. num. 5. Marib. de Assi de off. Neapol. 23. per tot. ubi quod Sacrum Concilium post habitum iudicium a valentissimis doctoribus Philosophis in scriptis votatis, quod natus in octavo mense non potest vivere, post longam deliberationem votaerunt dominide Concilio quod talis filius natus in octavo mense, haberet ac si mortuus natus sit, & quod filii postmodum lata sententia in fauorem patris aduersus generum & quod

licet fuisset reclamatum, fuit tamē postea confirmata & impositum perpetuum silentium. Sed omnium la-
tissime non minus quam vario sermone omnia vique
ad suum tempus congruens idem probat Tiraq. ubi su-
pra, nu. 205. cum pluribus sequenti. Sequitur Icar. Orose.
in d. l. septimo mensis & Martine, hic glo. 4. nu. 2. & 4. &
iterum glo. 5. & est communis, ut plures allegant testatur
Becium consil. 74. nu. 36. lib. 1. Sicque hæc est veritas, at-
que receptor sententia de iure communi aduersus
Bald. & sequaces supra relatos, & iuxta eam debet in-
telligi nostra l. 13. Taur. qua hoc sentit & probat gene-
raliter in partu qui naturaliter vivere non potest, p-
per est partus octimestris, vt in terminis nostris tenet
Palat. Rub. hic nume. 19. in fi. dicens per istam leg. da-
mari opinionem Bald. ubi supra tenentis contrarium, &
quia paria sunt nõ nasci vivum vel vivere non posse,
& d. Did. Perez. in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinarum fol. 104. col. 1.
ubi quoque probat, quod in casu nostræ l. 13. Taur. pa-
ter infans prædefuncti baptizatus, & qui vixit 24. ho-
ras in casu quo ei idem pater succedit, tantum succedit
in bonis matris in esse deductis, nepe dotalibus & car-
thalibus & huiusmodi, secus in aliis bonis tempore
mortis infantis non delatis, sed postea, quia eo defun-
cto in vita avoium non datur representatio.

9 Quo fit vt eisdem rationibus idem existimandum
sit aduersus Angel in d. l. l. quod dicitur ff. de lib. & postu-
lata allegatum in nato infra sextum mensem, dum o-
dio septimum non attingat, nempe vt is non sit partus
naturalis, quia vivere non possit, licet vivus nascatur, ac
per consequens non succedat, vt in specie tenet Paul.
de Cast. in d. l. l. vxoris abortiu. nu. 3. Alex. in l. quod di-
citur, numer. 7. ff. de lib. & postu. & alios plures referens
Tiraq. ubi supra d. l. nu. 205. & sequen. item & Mar.
Socin. ubi supra, nu. 15. vbi reprobatur Angel. & Corn. ubi
supra tenentes contrarium, dicens, quod communiter
alii ita determinant, nempe huiusmodi partum sex
mensium naturaliter vivere non posse, ac per conse-
quens testamentum non rumpere nec succedere, est
communis secundum Becium ubi supra, id quod & hac
nostra l. 13. Taur. tenet Cifuent. nu. 2. & Palat. Rub. num.
19. in fin. dicens per hanc l. approbari opinionem Paul.
in d. l. vxoris abortiu. contra Angel. & eandem sequitur
Matien. hic gl. 5.

10 Non obstat primum argumentum ex nostra l. sum-
matum pro prima opinione, quoniam id cessat, imo con-
trarium probatur ex eadem iuxta verum & planum i-
psius intellectum postea assignatum pro hac secunda
sententia.

Non obstat d. l. quod dicitur, vers. quid tamen, ubi si
non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen,
testamentum rumpit: nam illic intelligitur non inte-
grum animal omnibus scilicet membris, vt quia forte
ei deest digitus vel aliud quippiam quod tamen in mō-
strum aut prodigium non abit, iuxta tex. in l. non sunt
liberi, ff. de statu hom. l. 5. tit. 23. part. 4. non autem intelli-
gitur de imperfecto aut nõ integro tempore, alias pu-
gnaret cum d. l. l. vxoris abortiu. & l. pen. C. de postu. he-
red. in i. ita intelligunt etiam ex tex. Bal. Paul. Caltr.
Alex. & lal. & eos referens Tiraq. ubi supra, nu. 160. & nu. 109

11 Quo fit vt si infans natus nõ sit totus, sed forte caput
& cetera decedat, quomius baptizatus queat secundum
Hos. in summa tit. de baptismo, 3. quod sit eius forma, verb.
licet autem totus, & seq. & iterum in verb. quid si mulier,
& sequitur plurimus quis congerit Tiraq. ubi supra, nu. 156.
verum hic minime rumpit testamentum nec succedit
secund. doct. in d. l. pen. C. de postu. hered. in i. & in d. leg.
quod dicitur & alios quos citat Tiraq. ubi supra, nu. 158. id
quod hodie expressim nostra l. probatur, ibi: *Que na-
tuo vivo totus, &c.*

Non obstat gl. supra in contrarium allegatæ, nec-

pe d. l. se primo mensis, & in Authen. de restit. & ea que pa-
rit, & c. si nam si sentiant posse in octavo mense per-
fecte nasci, male sentiunt, vt patet ex supra dictis. Sed pos-
tunt saluare, ne vife sint hoc tenere, sed tantum habue-
runt respectum, atq; demonstrare voluerunt, quan-
do breviori tempore & longiori quis nasci possit per-
fecte: Ex eo ergo non est inferendum, quod quolibet
medio tempore possit perfecte nasci atque detur legiti-
mum tempus patiendi, cum contrarium & a natura-
libus & doctoribus nostris magis communiter deter-
minetur de nato in octavo mense, per præd. in Ma-
rian. Socin. Junior. d. l. l. consil. 1. n. 4. vbi 2. Ex supra di-
ctis igitur remanet sufficiens probata communis &
magis recepta sententia, vt partus octimestris non sit
naturalis, nec succedat parentibus etiam hodie atten-
ta nostra l. 3. Taur.

S V M M A R I A.

- 1 Lex 13. Taur. an procedat in filio vel filia extracto ex
sello ventre matris, & num. sequitur.
- 2 Legatum factum mulieri, si pepererit filios, non obtinet,
quando nati fuerint sello ventre vtero.
- 3 Abortiu dicitur, qui præter naturam ordinem exit de
ventre matris.
- 4 Filium editum ex sello ventre matris, dicitur natus &
rumpit testamentum.
- 5 Iulius primus Romanorum Imperator Cæsar Augu-
stus dicitur esse, quia caso mortis matris vtero extra-
ctus fuit, à quo Imperatoris sequi, vsque in hodiernam
diem Cæsares appellati sunt.
- 6 Filium ex sello ventre matris extractum, succedit in ma-
ioratu & facit proximatum & gradum, dum modo
in eo concurrant que habentur in l. 3. Taur.
- 7 Extractus de ventre matris dicitur natus & compre-
henditur status vel testatoris verbis loquentis de na-
scituro vel nato.
- 8 Partus est legitimus & rumpit testamentum & succe-
dit, quando aduenit tempore paritendi, signaq; apparuerint,
sicut mater in puerio ante eiectionem defecerit
& puer ex sello ventre matris extrahatur, concen-
rentibus qualitatibus l. 13. Taur.
- 9 In dubio nemo presumitur nasci mortuus.

Eadem l. 13. Taur.

Q U Æ S T I O C I I.

Quæro secundo circa eandem l. 13. Taur. an pro-
cedat ipsius dispositio in filio vel filia extracto ex se-
llo ventre matris quia mater in puerperio decessit antequam
paret, eiusque venter scellus fuit, vt partus in lucem ede-
retur, & sic fuit extractus vivus, vixitque per 24. horas, at-
que fuit baptizatus antequam moveretur, an hic erit par-
tus naturalis & succedat: Et videtur quod non: nam no-
stra lex loquitur sepe ac sæpius de puero nato, & sic
de eo qui pro se & propria virtute naturali nascitur, &
sic quando mulier prægnans in tali tempore à dolore
partus pro se inducto pareret & ita puer ille quasi prop-
riis viribus matris ventrem exiit: secus quando ext-
actus esset ex sello ventre matris, quia tunc constat
eum non propria virtute in lucem venisse, sed vio-
lenter, & sic non naturaliter absolute, quare videtur
quod nullo modo vivere possit & consequenter quod
tanquam abortivus nullo modo succedat: nam falsum
est eam peperisse cui mortuus filius extractus est, vt in-
quit l. anniculus, l. a prima, vers. falsum est, ff. de verb. si-
gnif. quem tex. commendat gl. in l. ea mulier, ff. eod. tit.
& ita Angel. Paul. Alex. & lal. in l. quod dicitur, ff. de lib.
& postu. existimant, quod si legatum factum mulieri si
pepererit filios non obtinet, quando nati fuerint se-
cto matris vtero: sequitur alius referens Mieres in tra-
ctat. de maiorat. 2. part. 9. nu. 10.

Secun-

3 Secundo comprobatur hæc pars quia quando ali-
quis præter naturam ordinem exit de ventre matris, hoc
est, ubi constat, quod non propria virtute, sed viole-
ter egressus fuit dicitur abortivus seu mulier illa dicitur
abortum fecisse, nulla habita distinctione tempori-
s conceptionis & sic quocumque tempore existi-
tisset in vtero, vt in c. M. vides, 32. q. 2. vbi, Abortum se. e-
rat, & sic ex literarum, de homicidio, ibi, Abortiu, &
in l. Diuus, ff. de extraordin. crim. ibi, abegerit, & l. si mu-
lierem, ff. ad l. Cornel. de sicariis, ibi, abegerit, & l. si mu-
lierem, ff. dum exponunt, abortum fecerit, vel faceret.

4 His tamen non obstantibus, contrarium in nostra
quæstione dicitur Iurifconsult. in d. l. l. quod dicitur, si-
lium natum rumpere testamentum factum accipere est
exselto ventre editus sit, nam & hic rumpit testamen-
tum & ibi notant communiter doctores, præcipue Paul.
de Cast. cum aliis iuribus, que congerit Tiraq. in l. si
vngnam, verb. si seperit liberos, num. 39. cum sequenti-
bus. C. de ven. cand. dona. ex quo Iulius Primus Romanor-
um Imperator Cæsar Augustus dicitur esse, quia caso
mortis matris vtero extractus fuit, à quo Imperatoris
sequeutes, vsque in hodiernam diem Cæsares ap-
pellantur, vt referunt doct. in d. l. l. quod dicitur, præcipue
Paul. & lal. num. 1. sicque extractus de ventre matris
dicitur natus, quoad successionem, vt in d. l. l. probatur,

5 Vnde in casu nostræ l. 13. Taur. admittitur ad succe-
sionem, concurrentibus tribus qualitatibus. de quibus
hic, nepe quod totus extrahatur vivus & quod postea
vivat per 24. horas & sit baptizatus antequam moria-
tur, hic enim videtur casus omissus à nostra l. & sic re-
manet sub dispositione iuris communis, argum. l. com-
modissime, ff. de lib. & postu. quod ius commune ha-
betur in d. l. l. vxoris abortiu. vbi, Post hunc vero præteri-
to, quomius natus silco decesserit, non restituitur ruptum, vnde
evidentissimi est idem tamen hodie vivat per 24. horas
& sit baptizatus, vt in nostra l. & in terminis eiusdem ita
tenet Palat. Rub. hic, n. 4. & doct. Castil. in gl. natus vtero,
ad fin. Martene. in hac l. 2. tit. 8. lib. 5. in gl. 2. nu. 5. & Pe-
laez ubi supra, ex hoc probans huiusmodi filium suc-
cedere in maiorata & facere proximitatem & gra-
dum, si decedat post 24. horas, dummodo in eo con-
currant que habentur in hac l. 13. Taur.

7 Non obstat l. nostra, quatenus loquitur de nato:
nam respondeo, quod licet quis sit extractus de ventre
bene dicitur natus, licet non secundum cursum nature,
sed violenter & accidenter ad lucem pervenerit: quod
sufficit, vt dicatur natus, vt in d. l. l. quod dicitur, ubi
notant doctores præcipue Paul. de Cast. num. 3. lal. nu. 4.
sicque comprehenditur in verbis statuti vel testatoris
loquentis de nascituro vel nato, secundum Paul. d. l. l.
num. 2.

Non obstat d. l. l. anniculus, & sic in verbis supra rela-
tis, quoniam lex illa procedit respectu mulieris: nam ea
de cuius vtero post eius mortem partus extrahitur vi-
vus, non dicitur parere, quia post mortem nihil dicitur
agere, vt ibi sed ipse extractus bene dicitur natus,
vt prædixit: Ita Paulus & lal. in ubi supra, bene ex hoc
inferentes.

Non obstat & secundum fundamentum contraria
partis: quoniam illud procedit quædo mulier nõ de-
bita & legitimo tempore parendo, casu aliquo dece-
deret. ex vulnere puta vel aliquo particulari morbo,
absque eo quod in eo apparerent aliqua signa parti-
di, & exselto eius vtero vivus puer extrahitur, & sic tem-
pore quo nunquam aut rarissime videretur esse: tunc e-
nim partus iute optimo dicitur abortivus. Secus vero
quando venit tempus patiendi signaq; apparuerint:
& mulier in puerperio ante eiectionem filii decedit, &
sic partus est legitimus. Tunc enim quia communiter
sunt in vita perseveraturi, & rumpunt testamentum;

& succedunt: ita t declaratur Marian. Socin. consil. 35. nu. 4. 8
vol. 2. intellige concurrentibus qualitatibus de quibus
in l. hac l. 13. Taur. ex quo colligenda est limitatio
ad d. l. quod dicitur, & hæc verior sententia vt minime
procedant, quando partus est octimestris vel alias nõ
legitimus, quia ex quo naturaliter nõ est vitalis & ex-
selto ventre extrahitur, minime succedit.

Vltimo non est obliuioni tradendum verbum sin-
gulare Bald. consil. 69. nu. 4. lib. 5. dicens, quod in dubio
nemo præsumitur nasci mortuus, quod in praxi semper
magnifici cõtra mulierculas occidetes proprios
partus, ne sua turpitudine detegatur & infamia noten-
tur: nam solent ipse allegare ad suam defensionem pepe-
risse filium mortuum, hæc namq; allegatio est contra
præsumtionem supra dictam, Bal. quod præcipue pro-
cedit, si præd. mulieres hoc facientes sunt male famæ;
alias vero pro ipsius adeo alia præsumtio nobilis at-
que vngens, nempe quod siut matres & sic non sit
præsumendum aduersus eas occidisse proprios filios,
quamvis furiosas.

S V M M A R I A.

- 1 Filius clerici in sacris constitutus, an succedat matri, &
num. sequitur.
- 2 Omnes filii sacri, adunt maris non illustri, nisi sint nati
ex damnato coitu.
- 3 Parentes filii clericorum non succedunt.

L. 6. tit. 8. lib. 5. Novæ
Collect. Regiæ.

Q U Æ S T I O C I I I.

Quæro circa l. 6. tit. 8. lib. 5. Novæ Collect. Re-
giæ, an filius clerici in sacris constitutus succedat ma-
tri? Et minime ei succedere probat expressè nostra
lex in principio ibi: Si sui huius heredes in sui bonis &
de sui patres: nam loquens lex de matribus filiorum
clericorum, inquit, Por no dar ocaõ q. las mugeres assi
budas como virgens, & a barragana de clericos, si sui huius
heredes in sui bonis & de sui patres: Ergo filii clericorum
nõ succedunt matribus, Secundo hæc pars probatur in
l. 9. Taur. in fibidie l. 7. infra hoc tit. 8. quod probat isto
modo, nã ipsa loquitur circa successionem filiorum ille-
gitimorum ex parte matris, & in fine dicit, quod si filii
sui nati ex ea & clerico vel religioso, erunt quod conti-
netur in lege domini Regiæ Ioan. secunda de Sorio, quæ
loquitur de successione filiorum clericorum, nempe l.
2. tit. 3. lib. 5. Ordinarum veteris, & l. 2. tit. 3. lib. 5. in i. i. i. i. i.
Ordinarum quæ leges sunt hodie nostra l. 6. in quibus cõti-
netur, vt huiusmodi filii patri non succedant: quibus
fundamentis hanc partem in terminis probat, dicens
de iure sibi vetiorem videri Cifuent. in d. l. l. 9. Taur. 3.
quæst. numer. 5. vbi refert Abb. & Prepositum tenentes
de iure communi: Eandem sententiam amplectitur
ibi doct. Anton. Gom. cum in fin. & Rodric. Sarr. in
l. 1. tit. 8. lib. 3. For. vers. hæc in successione fil. 93. Syluest.
in summa, verb. filii, quæst. 4. n. quart. doct. Didac. Perez. in
d. l. l. 2. colum. 10. ad finem eandem præbuit alios refe-
rens doct. Covarruvias contra Mart. de Afflic. in 4. 2.
part. c. 8. §. 5. n. 17. Avend. in transitu 2. part. c. 26. Prator.
n. 8. Tell. Fernandez in d. l. l. 9. Taur. n. 3. 4. 5. Pelæz. de
maior. 2. part. quæst. 2. n. 6. & nouissime Martene. hic l. 6.
gl. 4. n. 6. 7. & 8. & iterum in l. 7. infra hunc tit. 8. num. 1. vbi
allegat ad hoc Mench. de success. creatio. §. 10. n. 4. 97.
qui ibidem eam sequitur & testatur communem &
iure Regio esse expeditiorem per præd. leges. Sequitur
nouissime doct. Spin. in Specul. restam. gl. 16. tit. de
filio spur. n. 18. 19. 89. & 90. vbi id late probat.

A a 3